





DISSERTATIO JURIDICA
DE
CESSIONE
LITERARUM
CAMBIALIUM, 1711, 4^a

Don
Transport der Wechselbriefe/
QUAM

DIRIGENTE

DN. MELCH. DETHMARO
GROLMANNO, J. U. D.

CONSILIAR. HASSO-DARMSTAD. ET JURUM
PROFESSORE ORDINAR. CE-
LEBERRIMO,

DN. PATRONO, FAUTORE AC PRÆCE-
PTORE SUI OMNI OBSERVANTIA

IN SEMPITERNA VENERATIONE COLENDO,
PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI

IN SOLENNI JCTORUM AUDITORIO

SISTIT
AD DIEM XI. JUNII ANNO MDCCXI.

GEORG. JACOBUS HOEFFT, HAMB.

LIPSIÆ.

Recus. Literis Schedianis. 1718.

DISSERTATIO JURIDICA

DE

CESSIONE

LITTERARUM

CAMBRIGIENSIS

AVGVSTINAE

DR. MEDIC. DR. THEOL.

GEORGII FREDERICI

CONSILII MEDICI REGII PRUSSIAE

PROFESSORE ORDINARIO

LEGIS

AVGVSTINAE

IN THEODORICA

AVGVSTINAE

GEORGII FREDERICI

AVGVSTINAE



I. N. D. N. 7. C.

CAPUT I.

Generalia materia proponit.

SUMMARIA.

- §. 1. Multi quidem tum in tractatibus, tum in disputationibus de cambiis scripserunt, pauci vero materiam cessionis literarum cambialium vel obiter saltem tetigerunt.
- §. 2. Cessionis variae significationes.
- §. 3. Literarum Homonymia.
- §. 4. Variae acceptiones vocis cambii referuntur, & tō cambiare verbum latinum esse, contra plerosque probatur.
- §. 5. Quid Remittens, Transans, Praesentans & Acceptans sint, & quibus notionibus alias indigentur, imo quomodo hac in parte scriptores variant? ubi insimul de proxeneta agitur.
- §. 6. Contra plerosque, ad cambium non nisi essentialiter duas personas requiri, defenditur.
- §. 7. Definitionem thematis cum succincta explicatio- ne continet.
- §. 8. Divisionem non quidem ratione forma, sed intuitui.

- intuitu objecti seu literarum cambialium proponit.
- §. 9. Differentia inter cambianundinalia & platealia.
- §. 10. Cambium, & recambium quomodo a se invicem discrepent.
- §. 11. Celebratio & cessio cambii in propriam ipsius Transantis personam directi valet, & si ad alium locum non destinetur, contra quam Dn. communiter existimant.

§. I.

DE Cambiis multi multa & prioris & moderni seculi scriptores in medium quidem protulerunt, ac haud vulgaria subinde typis publice mandarunt, inter quos materiam hanc integris tractatibus adornarunt, Scaccia, Raphael Turri, Cardinalis de Luca in *Theatro veritatis & Justitia* T. 3. Tr. 1. P. 2. & novissime Zipfel de *refferis collybisticis*. Joh. Phoonfen in *Amsterdamsö Wissel styl*. 1681. in 8vo. Jac. Savary *negociant parfait*. vid. plures apud Stryk. de *cautel. contr.* §. 3. c. 5. §. 26. in disputationibus autem eandem publice proposuerunt Gualtherus, Marburgi Anno 1646. Joh. Martinus Voogt, Giffæ 1656. Enoch Bottey, Lugduni Batarorum 1710. alique in specie verò de *cambialium literarum acceptatione* nuperrime egit B. Dn. Strykius Ao. 1698. sed quod mireris, omnes quos legere haecenus contigit, parce admodum de *Cessione cambiali* tractarunt, ne dicam thema hoc plane neglexerunt; quare opera pretium me facturum confido, si in illud paulo penitus inquiram, & materiam hanc utilitate & frequentia commendabilem, sub in eudem revocaverim, quo controversis inter mercatores sapissime exorientibus, & obviam ire, & ambiguitati succurrere queamus.

§. II. Quod

§. II.

Quod dum meditatur, pro accuratiori rubri intellectu, ambiguitas verborum ante omnia removenda erit, sciendum etenim *cessionem* aliquando *debiti agnitionem* L. 1. pr. ff. de edendo. junct. L. 21. ff. de jud. obligationis *nativitatem* L. 213. ff. de V. S. aliquando *patientiam* & *servitutis constitutionem* L. 15. & 18. ff. communia praedior. subinde *dimissionem bonorum* T. Tit. qui bonis cedere possunt, itemque *resignationem judicalem* vulgo *Veroder Auflassung*. vid. Stat. Hamb. P. 3. T. 6. A. 9. & integrum tractatum Consultiff. Dni *Schluter* / von dem *Verlassungs-Recht* ejusque *Capit. 1. num. 6. & 7.* frequentius *translationem rei* uti in L. 11. C. de donat. & L. 1. §. 4. ff. de acq. possess. L. 76. de solut. L. 22. & 23. C. mand. denotare, & ita intentioni nostrae in praesentiarum correspondet. Plena manu de homonymia hujus vocis egerunt. Lenz. de cessione nominum & actionum C. 1. Alphons. de Oleatr. de cessionibus q. 1. Brunn. de cession. action. c. 1. n. 1.

§. III.

Vox *literarum* nobis non est idem quod *chirographum* spe numeranda pecuniae creditori traditum, nec intra biennium repetitum. T. Tit. de liter. oblig. neque *relatio*, vulgo ein *Vericht* / uti capitur in L. 14. ff. de off. Praef. aut *instrumentum*, germanice eine *Vollmacht* / quo mediante aliquid rati habetur vel probatur. L. 65. ff. de procurat. multo minus pro *primis elementis* sumitur, L. 11. §. 3. ff. de institor. act. l. 6. §. ult. de honor. poss. L. 1. §. sed caeterarum 7. ff. de extraord. cognit. §. 8. Instit. de excusat. ita Cicero pro Sylla *literae posteritatis causa reperta sunt*. Sed denique *Epistolam* audit, prout saepius in Jure capitur. L. 37.

§. 1. & 4. ff. de legat. 3. l. 17. de jur. codicill. l. 52. ff. de pact. vid. diss. Excell. Dn. Præsidis de epistola hominis ultimæ. r. §. 4. & schedam vel schedulam cambialem, sive cambiariam imo literas transcriptionis, a transcribenda ut vult Gail. 2. obs. 37. n. 8. pecunia. Tesseram collybiticam significat, aliisque nominibus uti latius deduxit Gualth. de cambiis tb. 6. lit. b. insignitur.

§. IV.

Cambii derivationem Etymologicam tradunt Zipsel de tesseris collybiticis §. 1. Gualth. d. l. tb. 1. lit. a. Marquard, de jure mercat. L. 2. c. 12. n. 10. & Stryk. de accept. literar. cambii L. 1. c. 2. Et alio sensu quam nos in feudali 1. f. 4. §. 2. 1. f. 22. §. 5. & Canon. Jure c. 6. X. de exception. accipitur, ibi enim permutationem vel dationem rei pro re ex communi DD. consensu indigitat, nam Pontifex quod ante vocaverat permutationem, deinde cambium nuncupat, & cambiare veteribus nihil aliud est quam permutare: ita enim in Capitular. Caroli Calvi in edicto Carysiaco tit. 23. missus reipublice provideat, ut si non invenerit illum denarium merum & bene pensantem, ut cambiari illi mercanti jubeat, & hac ratione cambium inter Johannem Episcopum Pinnensem & Abbatem Adam de duabus curribus Saliæno & Suviano factum esse legitur in appendice actorum veterum ad Capitularia Francorum curante Baluzio c. 46. & in Capitular. Dagoberti Regis Tit. 15. c. 8. scriptum extat, commutatio, hoc est quod cambias, ealem qualem emtio habeat firmitatem. add. Capitul. Caroli M. Regis tit. 49. verbis: & in ipso placito quanticumque fuerint, qui rem interciatam vendiderint aut cambiaverint &c. jung. diploma Caroli M. Regis apud Magerum de Advocatia armata c. 11. n. 46. denique sepius

pius *cambium* & *concambium* pro permutatione accipit Ekkehardus Junior cœnobita S. Galli de *casibus Monasterii S. Galli in Alemannia* c. 1. passim. Sicut & Apulejus in *Apolog.* p. 284. edit. Elmenb. *cu an babeas ad agrum colendum, an ipse mutuararias operas cum vicinis tuis cambias, neque scio neque laboro.* Unde obiter observo non esse fi- dendum ipsis Doctoribus, qui rō cambiare verbum barbarum a prisca Latinitate alienum esse statuunt, quibus occurrit Andreas Tiraquell. de *retractulign.* §. 30. *glossa 1.* plura vid. apud Potrey in *Dissert.* de *Cambis* c. 1. §. 1. Nobis autem non est permutatio in genere rei cum re, sed in specie, quoties certo modo alicui pecunia vel hic vel alibi solvenda mediante scriptura promittitur. jung. Struv. *Ex. 25. rb. 40. & L. 7. Decretal. tit. de cambis.*

§. V.

Ad hoc cambium quatuor personas Essentialiter de- siderari ex Heydigero *In Anleitung zum gründli- chen Verstand des Wechsels Rechts* c. 5. p. 32. seq. exi- stimat Stryk. de *cautel. contr.* §. 3. §. 5. c. 8. & de *Action. for. investig.* §. 1. m. 7. §. 17. itemque in *Dissert. de accept. liter. cambii* c. 2. §. 2. & novissime ex eo Johan. Joach. S. Höpffer in *Synopsi juris privati Rom. & frens. tit. de prescript. verb.* §. 5. n. 34. nimirum 1. Remittentem vel numerantem qui cambium sibi ab aliquo acquirit, quem Stryk. d. l. den *Wechselgeber / Herrn des Wechsels & Creditorem* nuncupat, jung. Ord. Nova Camb. Ham b. *art. 35. Stat. Hamb. P. 2. T. 7. art. 11.* habito scilicet respec- tu ad pecuniam pro literis cambialibus exsolutam, quam danti tam diu donec ei satisfactum fuerit credit, & eo- dem nomine quoque insignitur in Jure Cambiali Mag- deburgico de Ao. 1703. *art. 4. ibi: dem Creditori auch obh-*

ohneachtet des erlangten Personal-Arrests unvers
wehrt seynre. & *Art. 14.* ibi: oder durch Pfande und
Bürgschaft seinen Creditori annehmliche Sicherheit
schaffen. id. in *art. 20.* vid. Ord. Nova Camb. Hamb.
art. 30. ibi: durch gnugsame Bürgen oder Pfande dem
Creditori &c. in Jure Cambiali Prutenico de Ao. 1684.
audit der Geber Ord. Nova Hamb. *art. 3.* & *4.* ratione
scil. pecuniae quam pro literis cambii erogavit *art. 2.*
& *3. jur. camb.* Pruten. ibi: ein jeder Geber des Geldes
soll gehalten seyn/*art. 5.* und solchen Protest alsobald
mit erster Post an den Geber zurück zu senden/wel
cher auch innerhalb 24. Stunden nach Empfang des
protesto dem Zieher solches wissen zu lassen u. Auf
nehmer des Wechselbriefs Ord. Camb. Lips. *art. 26.* ple
rumque *Camparius.* vid. Pottey in *Diss. de Cambiis* c. 3.
§. 1. II. *Trasfantom* qui pecuniam a Remittente pro li
teris cambii accipit, eandemque vel ibi vel alibi se rur
sus soluturum promittit, Hispanis dicitur *Affiscentia.* vid.
Turri tract. de Camb. diss. 3. qu. 14. 7. 16. vocatur & *litteras*
scribens, Tractans, Campsor. B. Du. Heit. L. 1. *Parcm.* 28.
Struv. Ex. 25. th. 41. Trahens, Transportans, Collybiſta Re
ceptor. vid. *Stryk. d. diss. §. 3. Treſans* S. höpfſter *d. 1.* vul
go ein Aufgeber oder Zieher des Wechselbriefs Ord.
Nova Hamb. *Art. 10.* & *11.* & *28.* Ord. Lips. *art. 13.* & *26.*
Stat. Hamb. P. 2. *tit. 7. art. 9.* Preussische Wechsel-Recht
art. 2. 5. 9. 18. Debitor. Stat. Hamb. P. 2. *tit. 7. art. 9.* *Wago*
deburg. Wechsel-Recht art. 4. Aufsteller *ibid. art. 14.*
& *16.* in verbis: so soll der Aufsteller oder Endossant des
Wechselbriefs & *art. 18.* in verbis *Trasfant* oder *Endossant.*
Principal-Aufnehmer Ord. Nova *art. 27.* & *38.* Stat.
Hamb. *d. 1. art. 4. 7.* & *12.* Nehmer Ord. Nova Hamb.
art. 2. apparet inde differentiam esse inter Wechsel-Ge
ber/
ber/

ber/ qui vocatur *Remittens*, & inter *Geber des Wechsel-*
briefs/ qui ut supra *Trassans* vel *Order-Geber* dicitur
Geber des Wechselbriefs. Stat. Hamb. P. 2. tit. 7. art. 11.
Ord. Nov. Hamb. art. 35. III. *Präsentantem* vel *Exacto-*
rem cui pecunia alio in loco solvenda, dicitur alias *Pra-*
sentant Ord. Magdeburg. Camb. art. 6. Ord. Lips. art. 12.
Ord. Nova Hamb. art. 7. **Preussischs Wechsel-Recht**
art. 7. *Inhaber* Ord. Camb. Lips. *ibid.* & Ord. Nova
Hamb. art. 17. § 39. **Preussischs Wechsel-Recht** art. 7.
§ 18. *Mandatarius* intellige *Remittentis* Stat. Hamb.
P. 2. tit. 7. art. 11. Ord. Nova Hamb. art. 35. *Procurant*,
Briefs-Uberbringer / *Orderhaber* / *auff welchem der*
Wechselbrief gerichtet oder solchen dem *Acceptanten*
vorzeigen muß / ex Jacobo Savary im vollkommenen
Kauffmann c. 20. Stryk, *alleg. dissert. c. 2. §. 3.* IV. *Acce-*
ptantem, cui *Trass* vel *Tratta facta* & cui alio in loco so-
lucio committitur, vocatur alias *Acceptator*, Stat. Hamb.
P. 2. tit. 7. art. 4. **Bezogener Preussischs Wechsel-Recht**
art. 6. *Mandatarius trassantis*, *Factor* Magdeburg.
Wechsel-Recht art. 23. *Commissionarius*, *Correspondalis*
Stryk, d. 1. vulgo *Acceptant* Ord. Nova Hamb. art. 14, 15.
§ 34. Ord. Lipsiensis art. 17. *Correspondent* **Preussischs**
Wechsel-Recht art. 6. Ord. Magdeb. art. 20, 22, 23, 27, 31, § 3.
Bezahler Ord. Nova Camb. Hamb. a. 14. Stryk, cit. lo-
co eundemque quoque nuncupat *negottorum gestorem*,
quod nomen tamen non aliter ipsi recte accommoda-
tur, quam si tertius quidam in honorem *Trassantis* lice-
ras acceperit, iisque satisfecerit, tunc enim negotium
ejus gessisse videtur, idque licitum esse demonstrat Jus
Camb. Magdeb. art. 22. verb. **Wann ein Wechselbrief**
präsentiret / und von dem / auff welchem er lautet,
B
nicht

nicht acceptiret würde/ so stehet einem Tertio frey per honore di lettera oder zu Ehr des Trassanten oder Indossanten zu acceptiren. & Stat. Hamb. P. 2. Tit. 7. art. 9. ibi: Wann einem ein Wechselbrief präsentirt und von demselben nicht acceptirt ist/ mag der Dritte zu Ehren dessen/ der den Wechselbrief außgegeben/ acceptiren/ und wann derselbige die Bezahlung gethan/ und durch Transport den Wechselbrief empfangen/ hat er die Action gegen den Debitorn. add. Ord. Nov. Hamb. art. 11. & Ord. Lipsiensis art. 17. Illud tamen oblervo Remittentem a nonnullis vocari *Campforem* vid. Zipfell. tract. de Cambiis in p̄s̄at. §. 2. & Dondorfii disputationem de termino peremptorio solutionis & protestationis cambiorum §. 62. & Trassantem *Campfarium* vel *Campsuarium* adde præter citatos autores Scacciam de Camb. §. 1. quest. 3. n. 7. Gualth. de cambiis tb. 4. lit. d. & c. Turri disp. 3. quest. 12. n. 49. Hæ duæ discrepantes sententiæ ita forte combinari possunt, ut requirens pecuniam dicatur *Campluarius*, requisitus vero *Campfor*, hinc si in propriam ipsius contrahentis personam cambium dirigatur, literas dans, quia eget pecunia eamque a me petit, *Campfarius* perinde ut mutuarius vocatur, ego *Campfor* ad exemplum mutuatoris dicor, idem quoque in literis alio transmittendis obtinebit. Igitur si egeas pecunia Gissæ desque mihi literas cambii Hamburgi solvendas, tu *Campsuarius*, ego *Campfor* dicat, vicissim si ego Hamburgi pecunia egeam, ac tibi hanc Gissæ solvam, & loco ejus cambium a te accipiam, tu *Campfor*, ego *Campsuarius* vocabor, add. Gait. de credito c. 2. tit. 7. n. 1206. & 2513. B. Cancellarius Hertius autem in L. 1. Par. 28. *Acceptantem Campfarium* nuncupat, videlicet

licet valent verba sicut nummi: Solet etiam plerumque
intervenire proxeneta, qui negotium cambiiale inter
mercatores tractat & concludit, vid. Ord. Nov. Hamb. *art. 1.*
§ 2. & Ord. Lips. *art. 15.* sed eam non esse personam essen-
tialiam omnes uno ore fatentur, & quando cambium in-
ter ipsas personas principales contrahitur, dicitur *de*
buono a buono, Bode *disp. de camb. tb. 1.*

§. VI.

Verum etsi hæc ita communiter tradantur, tamen
rem penitus considerando totum negotium cambiiale
inter Trassantem & Remittentem agitur. Præsens
enim ut bene advertit Struv. *Ex. 25. tb. 41.* est idem cum
Remittente, quippe a quo mandatum præsentandi ac-
cepit, illudque literas cambiales offerendo, & pecuniam
exigendo implet, imo vero, negotium hoc inter Remit-
tentem & Præsentantem celebratum, a contractu cam-
biali, utpote quem jam tum inesse suo præsupponit, toto
cælo differt, ac mandatum involvit, & cogita si inter
te & me emtio venditio inita fuerit, egoque mandem Ca-
jo, ut a te emtore meo nomine pretium exigat, anne tunc
tres personas ad emtionem venditionem, emtorem, ven-
ditorem & pretii exactorem, contra manifesta juris prin-
cipia necessarias esse asseverare audebis? quo tertio fa-
cit Struvii opinio cit. loc. quod exigendo negotium
cambiiale, non con sed magis distrahatur, parimodo quod
spectat Acceptantem, vel is habet a Trassante mandatum,
& tunc itidem perinde erit, quasi ipse Trassans pecuniam
mihi numerasset, vel alius quilibet in honorem Trassan-
tis, literas cambiales acceptat, ac idem effectu juris, cum
alius pro alio solvere possit, *pr. Instit. quib. mod. tollitur*

B 2

oblig.

oblig. statuendum erit, sic ut conventio inter Traffan-
tem & Acceptantem nihil cum negotio cambiali (nam
hoc in sua substantia exiltere præsupponitur) commune
habeat, sed tantum liberationem ab obligatione contra-
cta respiciat, & quid si dans æque ac literas impetrans
Stato tempore ad locum destinatum proficisceretur, po-
sterior cambium præsentaret, prior autem illud solveret?
utrique satisfactum erit obligationi, nec tamen alix, quam
principaliter contrahentes intercedunt personæ: Idque
evidentius in literis cambialibus in propriam ipsius dan-
tis personam conceptis patescit, ibi enim idem Traffans
& Acceptans, Remittens & Præsentans existit. Deni-
que si Præsentans usitata vocula *Comm. ff.* alium adjectum
suo nomine substituat, is itidem non diversam, sed ean-
dem ex voluntate Remittentis personam sustinebit, quam-
vis de manu in manum sæpius girentur literæ; unde &
est, quod dum Remittens suum jus cambiale tertio cedit,
hic cessionarius nomine cedentis experiatur, & manda-
tarius vel procurator in rem suam sit. *L. 6. §. ult. nau.*
caup. Fab. L. 76. de solutio. L. 1. in fin. C. de Magistrat. con-
ven. L. 3. C. de novat. L. 2. §. ult. fam. ercise. L. 3. §. 5. de in-
rem vers. l. 24. de procurat. licet utilis actio cessionario
vid. Struv. *Exerc. 23. tb. 79.* etiam sine cessione competat
d. l. 1. in fin. de Magistrat. conven. L. 1. §. 2. ff. de O. & A.
Brunnemann. *de cess. act. c. 1. n. 2.*

§. VII.

His itaque præmissis describi materia nostra pot-
est; *Epistola cambialis obtenta, in alium legitimo modo*
facta translatio. Dico *translatio*, hoc verbum enim
loco generis ponitur, & ut supra monuimus, synonymum

num cessionis constituit. Dico 2do *Epistola cambialis*,
ut indigemus, nobis hic non esse sermonem de literis
annunciatoriis, quas *avisorias*, Itali *spachia* vocant, de qui-
bus Raphaël de Turri *tr. de cambiis disp. 2. quest. 1. num. 11.*
Scaccia §. 5. *quest. 5. n. 76.* quæ a Trassante ad Acceptan-
tem, quo is de literis cambii in tempore certior redda-
tur, mittuntur, vulgo *Avis-Briefe*; hæ enim nullam ob-
ligationem, nisi quod exinde de mandato constare possit,
continent, adeoque frustra de earum cessione quaeretur,
jungatur, Turri *tr. de cambiis disp. 2. qu. 1. num. 11.*
§. seqq. deinde ut insimul de cambio rite contracto,
non de contrahendo, nobis questionem esse obiter indigemus,
translatio enim juris cambialis obligationem cambiale[m] præexistere omnino supponit. *L. 54. ff. de R. J.*
& non de literis cambii formandis, sed jam tum formatis alii concedendis, agere animus est, ideoque additum *obicitur* nemo enim jus, quod nunquam accepit, cedere potest. Denique subnecto *in alium scil.* a cedente distinctum, quia frustra sibi quis cedit, non vero intuitu Trassantis, nam ita Remittentis jus nanciscitur, locumque ejus occupare creditur.

§. VIII.

Dividi potest *Cessio*, non quidem *ratione Formæ*, nam illa constans, & semper una eademque manet, etiamsi in hoc vel alio loco, præter ordinariam cessionis naturam aliquid addi possit, ut cessio v. gr. fiat coram Magistratu, qua de re infra, sed *objecti*, ita enim *primo* alia est *Cessio cambii regularis*, quod tempore nundinarum obtinet, cujusque pretium autoritate Magistratus, adhibitis in consilium mercatoribus, activè & passivè obligatis,

itemque proxenetis determinatur & certum constituitur, ita e. g. in feriis Genuensibus, ejusmodi æstimatio a Magno Consule, Consiliariis & omnibus Bancheriis hunc in finem convocatis, tam debitoribus quam creditoribus, ut tanto æquior taxa constituatur, peragi consuevit teste Raphaële de Turri *tr. de camb. disp. 1. qu. 24. n. 28. & seq.* specialem hac de re tractatum edidit Antonius Merenda: De ortu vero harum literarum cambii regularium confer. Zipfelli, de tesseriis collybisticis p. 8. Francofurti duo e Senatoribus, quorum unus e Scabinatu, alter e reliquis eligitur, una cum potioribus mercatoribus & proxenetis pretium cambii statuunt. Placet hic addere, quod habet Voogr. *in d. dissert. de cambiis tb. 2. lit. 1.* præsertim cum autor hic non in omnium manibus versetur. Zu Frankfurt am Mayn werden zu Taxirung des Wechsel-Preises und Formirung des Cours-Zettels auff eines Wohl-Edlen/ Hochweisen Rathes, Mitteln zwey Personen (deren eine aus dem Schöpffen-Stuhl/ die andere von der zweyten Banck) jedesmahl der Sachen im Nahmen eines Wohl-Edlichen Magistrats bezuwohnen deputirt/ und dieses geschieht gemeiniglich nach angegangener Mess des Montags in der zweyten Wochen. Solchem Actui wohnen bey der meiste Theil Wechsel-Händler und alle Mäcker/ deren je einer nach dem anderen von den Herren Deputirten/ wie und welchergestalt er in eben inständiger Mess negotiiret habe/ befraget wird. Darauff denn nach erstatterer warhaffter unpartheischer Relation der selben/ der mittlere sicher und billigste Preis gezogen und also der Wechsel-Conto. jedesmahl forairret wird. Zwischen Mess-Zeiten aber regulirt sich zwar jeder

jeder um etwas nach dem Mess. Conto, doch läffet sich
keiner daran binden / sondern werelt so genau und
gut er kan / auch werden von den Mäckelern (wie in
allen andern Werel. Plägen / also auch zu besagten
Frankfurt) den Außländischen zur Aviso jede Woche/
nachdem es die Zeit und Briefe mitbringen / neue
Cours-Zettel verfertigt und an jede Pläg an die
Correspondenten geschickt. Dicuntur & *cambia feria-
rum*, quia in nundinis majoribus & solennibus certis sta-
tisque temporibus haberi solitis negotiantur & solvuntur.
vid. Stat. Hamb. P. 2. Tit. 7. art. 12. Magdeb. Werel.
Recht. art. 28. Gait de credito c. 2. t. 7. n. 1238. & 2344.
Gualth. diss. de cambiis th. 2. lit. a. vel irregularis quod &
plateale quod verbum non retinet nativam significatio-
nem, sed opponitur feriis, & locum illum, in quo cam-
bia celebrantur, vel ad quem destinantur, denotat, vid.
Card. de Luca in theatro veritat. & just. T. 3. discursu 1.
per totum, Voogt de camb. d. l. post th. 2. lit. 2. Scaccia de
camb. §. 2. gloss. 4. n. 3. & 4. & Ord. Camb. Lips. art. 4.

§. IX.

Inter has duas autem cambii species sequentes no-
tamus differentias: *Primo*, quia nundinalia certis tan-
tum temporibus contrahuntur, & tempora certa, tam
in contrahendo quam solvendo observant, quod pluri-
bus exponit Zipfell, in tr. de tesseris collyb. p. 9. platea-
lia quotidie. *Secundo* in illis certis temporibus solutio-
nes fiunt, in his vero quolibet tempore expresso. *Ter-
tio* priora determinationem quandam autoritate publica
acceperunt; posteriora autem pro lubitu ipsorum con-
trahentium taxantur, unde & nomen literarum irreg-
ularis

gularis derivatum creditur, quod addunt Gualth. d. 1. lit. b. Turri disp. 1. qu. 5. § 24. itemque Voogt cit. loco. Quarto quasi in nundinali undique ex vicinis regionibus concurrant mercatores ad celebrandum cambia, in irregularibus tantum qui in ista platea commorantur. Leve est, nec semper obtinet, cum in magnis Emporiis etiam extra tempus nundinarum, tam mercatores domestici quam extranei, imo quilibet desiderans cambia contrahere queat. Quinto illud potius notari meretur, quod juxta Jus Camb. Magd. art. 38. litera cambii ad certas nundinas directæ, non nisi 14. dies ante ferias sint Remittenti tradendæ. Diejenige Wechselbriefe/ welche aus unsern Herzogthum Magdeburg auff die Leipziger/ Franckfurter und andere Messen geschlossen werden / dürfen werden/ in 14. Tage vor solcher Messe ausgestellet werden/ in dem aber muß dem Creditori bis dahin ein Interims-Wechselbrief zu seiner Versicherung so lange eingehändiget werden/ wo nicht beym Schluß ein anders bedungen worden.

§. X.

Est Secundo Cessio alia cambii, alia recambii, illa simplicia hæc duplicia nuncupantur; hujusmodi generis in lata significatione dicuntur interpretibus cambia sæpe reiterata s. quando Remittens literas cambii alteri cessit, & pecuniam acceptam in novum cambium erogat, quæ species tamen a simplici cambio non differt, ut recte Scaccia de camb. qu. 4. n. 42. proprie autem recambium dicitur, quoties eadem summa s. quantitas ex literis cambii debita, in novum cambium deducitur, addito eo quod interest tempore destinato solutionem factam esse. De quibus recam-

recambiis & quo usque interesse extendi possit, agitur in
jure cambiali Magdeb. *art. 15. 16. 17. 18.* & Ord. Lipsienf. *art.*
30. per totum. add. Gualth. *de camb. 1b. 15.* Italis *Cambio nota*
la ricursa, Gait. *de credito c. 2. lit. 7. n. 1462. cum seq.* de
validitate hujus recambii vid. Scaccia *de camb. §. 1. qu. 5. n.*
88. & Card. de Luca *d. 4. discursu 3.* quam materiam nos
infra tangemus.

§. XI.

Denique Tercio alia est Cessio literarum cambialis
ad alium locum & Acceptantem, de quibus hactenus, alia
in propriam ipsius Trassantis personam directarum Wann
einer einen Wechselbrief auff sich selbst ausstellet/ quod
antiquiores quidem, qui de cambiis scripsere, fieri posse
negant, Voogt *de camb. lit. g. cum allegat. ibid. Gualth. d.*
disp. 1b. 1. lit. f. sed Praxis quotidiana repugnat, & modo
alias literæ formam cambialem habeant, parum intererit,
an ipse Trassans satisfaciatur, an alius ejus nomine, an hic
vel alibi secundum voluntatem contrahentium solvatur,
hic modus in Ord. Nov. Hamb. *4. 20.* verba. Wann ein
Wechselbrief zu des Ausgebers eigenen Casen lauret/ soll
er dennoch auch selbst zu acceptiren schuldig seyn. in *art.*
1. 3. Juris Camb. Magd. ibi: oder seinen eignen Wechsel-
brief ausstellet expresse confirmatur. Ord. Lips. *art. 32.*
add. *1. 8. 9. 24. d.* Ord. Magdeb. & Stryk *de accept. liter.*
camb. præjudicia vid. apud Lynckerum in *D. 355. 446. 462.*
& quia omnia illa, quæ de cessione qualiumcunque
literarum cambii diximus, diserte per Ordinationem Lip-
siensem *art. 4.* comprobantur, hinc eundem adscribere
placuit. Anlangende IV. die Präsentirung u. Acceptirung
der Wechselbriefe/ daran so wohl bey regulier oder Wech-
selseln/ und irregulier oder Wechselseln ausser der Wech-
sen /

sen / viel gelegen / so ist ditzals vornemlich zwischen
eigenen und anderen Wechselbrieffen zu unterscheiden.
Denn ein eigener Wechselbrieff / er sey noch in der ersten
Hand oder an andere transportirt / bedarff keiner son-
derlichen Präsentation noch Acceptation, sondern der
Schuldener ist denselben jederzeit zur Verfallzeit zu
zahlen schuldig / oder muß gewarten / daß in dessen
Verbleibung wider ihn nach Wechsel-Recht verfahren
werde. Da auch der Schuldener vor der Verfallzeit
verstorben wäre / darff dessen eigener Wechselbrieff sei-
nen Erben ebenfalls nicht absonderlich zur Accepta-
tion präsentiert werden / sondern die Erben sind auf
die darinnen bestimmte Frist bey Vermeidung schlein-
niger Execution durch Verschleffung und Obsequirung
der Gewölber und Wahren zur Zahlung verbunden.
Käme aber ein eigener Wechselbrieff durch Transporti-
rung oder andere Cession in die dritte oder mehr-
Hände / soll nicht allein der Inhaber des Briefes dem-
selben auff Art / wie alsobald folget / zur Acceptation zu
präsentiren / sondern auch der Debitör oder dessen Er-
ben ohn allen Vorzug / damit der Inhaber und Ces-
sionarius von des Wechselbrieffs Nichtigkeit desto eher
versichert werden / zu acceptiren schuldig seyn.

CAPUT II.

De Causis externis Cessionis literarum cambialium.

SUMMARIA.

Causa efficiens nempe
causae cessionis lex est
ubi in simul iustitia cessi-

§. 2. Por-

- §. 2. Proximam constituit consensus cedentis & cessionarii, nec unquam actus involuntarius subest.
- §. 3. Consensus tamen Transfantis vel Acceptantis ad Cessionem non requiritur.
- §. 4. Cedere literas cambii prohibentur alii natura, ut infantes, furiosi, summe ebrii, muti & surdi simul, quod tamen limitatur.
- §. 5. Alii lege, ut pupilli, prodigi, minores XXV. annis, quod ultimum varie declaratur.
- §. 6. Alias omnes sine distinctione conditionis, dignitatis valide cedunt.
- §. 7. Clericus negotium cambiale exercere, neque etiam literas cambii cedere potest.
- §. 8. Femina quoque recte cedit, quod tamen secundum diversorum locorum statuta declaratur.
- §. 9. Quid in socio cedente obtineat? explicatur.
- §. 10. Etsi filius familias regulariter ad cambium pecuniam mutuam accipere nequeat, cedere tamen literas cambii poterit.
- §. 11. An & quando institutor literas cambii cedere possit?
- §. 12. Procurator in rem suam recte cedit, non vero simplex, nisi mandatum habeat speciale vel generale cum libera.
- §. 13. Quid in bannitis intuitu cessionis obtineat? exponitur.
- §. 14. Continet subjectum passivum sive personas, quibus natura ob defectum animi veluti dementes, furiosos, infantes cedi nequit.
- §. 15. Lege interdictitur tutoribus & curatoribus, adversus pupillos & minores.
- §. 16. Etsi cessio in potentiolem facta regulariter non valet, secus tamen esse in cambii demonstratur.
- §. 17. Filius regulariter non recte cedit patri nomina & actiones, fallit in literis cambii.
- §. 18. Judaeus recte cedit cambium Christiano, etsi aliud sit in cessione actionum.
- §. 19. Quid in Milite, Advocato, Medico, Philosopho, hac in parte juris sit? traditur.
- §. 20. Finem cessionis literarum cambialium ostendit.

Causa efficiens alia remota, alia proxima est, illam lex
 literarum cambii cessionem admittens constituit, nam
 cessiones in L. 22. § 23. C. mandati non indistincte,
 sed quæ in fraudem Legis Anastasiane factæ sunt, prohi-
 bentur, quod, an in cambiis obtineat? infra in Cap. III,
 videbimus. Cessionem autem literarum cambii licitam
 esse, præter experientiam quotidianam, abunde com-
 probat generalis dispositio Stat. Hamb. P. 1. Tit. 12. art. 3.
 verb. **Wie dann auch hiemit nicht verboten / daß in
 Kauffhandlungen der eine des andern Handschriften
 hinschicken / in Bezahlung cediren und übertragen mög-
 ge. & P. 2. t. 7. art. 11.** cum enim ibi dicatur posse ali-
 quando Präsentantem, etiam non obstante revocatione
 per Trassantem ad instantiam Remittentis facta, nihil-
 ominus pecuniam ab Acceptante exigere, si nimirum li-
 teras cambii in rem suam acceperit, verb. **besondern daß
 dieselbe Pfening ihm gehörig / und bey den Wechsel-
 brief Aviso und Beschl bekommen in rem suam, und
 zu seinen selbst eigenen Nutz / die darinn begriffene
 Summa zu empfangen.** Manifeste patet, ibi de procu-
 ratore in rem suam, qui simpliciter mandatario opponitur,
 sermonem esse: pari modo cessionis iustitia ex jure Camb.
 Magdeb. art. 20. ubi legislator, quod Präsentans literas si-
 ca non acceptetur, adversus proximum Indossantem,
 & hic rursus adversus suam Cedentem, donec ad Trassan-
 tem perveniatur, regressum habere debeat, ordinavit,
 sufficienter clarescit: frustra enim id constitutum esset, se
 Präsentans nudus mandatarius foret, hic enim sive cambi-
 um acceptetur sive non, parum curat, nam remittendo li-
 teras satisfecit obligationi, patet itaque ibi sermonem de
 Präsen-

Præsentante cessionario esse, qui ob indemnitate[m] consequendam regressum aduersus cedentem habet, clarissime autem hanc cessionis materiam complectitur. Ord. Camb. Lips. art. 4. iungo Jus Camb. Pruten. art. 14. 15. & 32. & cum regulariter cessiones sint de genere permissorum, non apparet ratio cur literarum cambii translationes, quæ tamen magnopere commodum mercaturæ promouent, prohibita[m] videri debeant, vid. Struv. Ex. 25. rb. 41. Lyncker. D. 462.

§. II.

Hanc scilicet proximam efficiens voluntas & consensus cedentis & cessionarii, sicuti enim nullum negotium sine consensu recte celebratur. l. 35. de O. & A. l. 1. s. 3. de pact. L. 9. de contrab. emt. l. 52. locati. l. 6. de acceptil. l. 35. §. 2. de V. O. ita quoque idem in cessione usuuenit L. 22. §. 23. C. mandati. Et quamvis aliquando debitor are alieno prægravatus, ad cessionem literarum cambii, quas sibi acquisiuit, quo creditoribus satisfieri possit, cogatur imo & creditores quoties aliud non suppetit, cessionem hanc admittere obligentur, ut ita etiam aliquid involuntarium subinde concurrere videatur, tamen neque respectu debitoris quippe qui cedendo se ab obligatione liberat, neque intuitu creditorum utpote qui ne nihil accipiant, sponte cessionem admittunt, (foret enim in ipsorum arbitrio nihil accipere) actus involuntarius concipi potest: iunge Bacchov. ad negotia tit. de procurat. & Anton. Fabrum L. 12. conjectura 10.

§. III.

Diximus causam efficientem proximam consistere in voluntate cedentis & cessionarii, idque exclusive ad debitorem in literis cambii cessionem, hujus enim consensus

sensus ad efficaciam cessionis plane non requiritur, quippe cui perinde esse debet, an mihi, an alii vero meo nomine satisfaciat, unde cessionis a delegatione, quippe quæ consensum delegati expetit, cessio vero eo ignorante & invito fieri potest, differentia apparet *L. 1. C. de novat. & delegat. L. 6. C. eod. Sande. de cess. act. c. 1. n. 10.* Struv. *Ex. 47. th. 65.* ubi alias insimul inter delegationem & cessionem differentias annectit, Observandum & hoc, aliquando literas cambii alicui in solum dari, interim tamen, non omnem harum cessionem, esse dationem in solum, cum hæc semper debitum præexistens præsupponat, cessio autem, quamvis tuus debitor non sim, recte fieri queat.

§. IV.

Subjectum Activum est Remittens, sive is, qui sibi cambium acquisivit, & in genere omnis ille ad cedendum habilis reputatur, qui liberam rerum suarum administrandi & alienandi potestatem habet, nec specialiter prohibetur, arg. *L. 43. §. 1. de procur.* Cessio enim nihil aliud est quam alienatio. *L. fin. C. de reb. alien. non alien.* prohibentur itaque alii Natura, alii Lege; *Natura infantes §. 10. Instit. de inutil. stipul. furiosi & mente capti d. §. L. 40. de R. 7. §. 1. Inst. quib. non est perm. fac. test. quo & spectant extreme ebrii Bened. Carpz. P. 2. C. 15. D. 39. muti & surdi simul.* arg. *L. 10. C. qui test. fac. poss. Sande de test. act. c. 3. n. 4. & 5. Brunnem. de cess. act. c. 2. n. 2.* si itaque ad eos literæ cambii vel per testamentum, vel successionem pervenerint, & cessio utilitatem eorum respiciat, ea respective per tutorem vel curatorem facienda. *L. 7. §. 1. cum seq. C. de curat. furiosi.* Forst. *de pact. n. 8.* nisi forte tales personæ negotium intelligant, bonorumq; suorum administrationem habeant,

habeant, tunc enim sicuti iplis pacisci *L. 4. s. 1. ff. de pactis & donare permittitur, l. 33. §. 2. de donat.* ita quoque dum per indubitata signa, animi sui sensu prodero possunt, cessio ipsis minime deneganda *Lenz, de cess. act. c. 6. membr. 7. n. 6.* Adhibendi autem illi, qui signorum notitiam habent, quo per ipsos voluntas tanto tutius exponi queat. *Stryk. de jure sens. diff. 4. c. 3. n. 12. & seq.*

§. IV.
Leges pupilli quia res suas alienare nequeunt, & hinc quoque ipsis delegatio interdicta, *l. 15. ff. de solut. & l. 43. de O. & A. Ord. Nov. Camb. Hamb. art. 48. Prodigibus bonorum suorum administratio per decretum Magistratus prohibita, tales enim furiosis quoad alienandum comparantur. l. 40. de R. J. & omnia dilapidando & dilacerando consumere creduntur, l. fin. de curat. furios. add. l. 12. §. ult. de tutor, & curat. datis ab his minores XXV. annis in charta existentes. l. 3. C. de in integrum restitut. sine curatore non licite cedunt, hinc restitutionem in integrum impetrare possunt, d. l. 3. Brunnem. de cess. act. c. 2. n. 3. valide tamen cedit si minor sit mercator cambia tractans, ita ut huic restitutio in integrum denegetur, quia artem proficere adeoque turpe foret essentiam istius negotiationis ignorare. arg. l. 2. §. 43. de orig. jur. est enim incivile petere aliquid, quod a professione nostra abhorret, l. 8. §. 4. de vacatione muner. l. 6. C. de muner. patrim. Vinn. in sek. quæst. l. 1. c. 13. Eckolt. de minor. §. 7. n. 14. Lauterb. Ex. 12, concl. 9. Struv. Ex. 8. tb. 55. idque diserte probat Ord. Camb. Lips. art. 2. in fin. verb. *Aller inassen auch die / so das ein und zwanzigste Jahr ihres Alters noch nicht erfüllet / wenn sie eigene Handlung treiben und sich darinne zu etwas verbunden / das selbe allerdings zu halten schuldig / und dagegen mit der Restitu-**

Restitution in integrum nicht zu hören seyn. vid. & jus
Camb. Pruten. art. 35. Sane quin in materia cambiali &
cessionis, etiam non mercatoribus ut fidei teneantur,
brevius aliquod tempus praefiniri possit, non dubitatur, ita
enim in Jure Camb. Magdeb. ad tractationem negotii
cambialis sufficit, si quis vigesimum primum annum ex-
cesserit art. 4. ibi: **Alle diejenigen/ so sich unternehmen**
einen Wechselbrief außzustellen/ wann sie nur das 21.
Jahr ihres Alters überschritten se. sollen eben so feste als
die Handelsleute verbunden seyn. determinatio enim
hujus temporis a potestate legislatoris dependet T. Tit. Cod.
de his qui ven. et at. impetr. adeoque pro lubitu & prolon-
gari & coarctari potest, usavenit quoque id in Statutis
Hamb. ubi quis anno 18. pro majorenni habetur, vid. Stat.
Hamb. P. 2. t. 6. art. 2. & P. 3. t. 6. a. 21. hinc non dubium est,
quin a tali firmiter cessio fieri possit. Junge Brunn, *ad L. 3. C.*
de in integrum. restit. minor. n. 14. & 15.

§. VI.

Et quamvis praecipue negotium hoc cessionis inter
mercatores peragatur, quippe quorum commodum ex-
inde summopere promovetur, Gualth. *de camb. th. 4. lit.*
a. non tamen ad hos praecise restringendum, sed ad alios
quoque ad obligandum & alienandum habiles exten-
dendum, idque *sine ulla sexus vel dignitatis differentia*, hinc
& Principes, Comites, Barones, Aulici, Nobiles, Docto-
res, Professores &c. hac in parte pari jure, nec ulla pra-
rogativa fruuntur, quod diserte confirmat allegatum Jus
Magdeb. d. art. 4. consentit Jus Camb. Prutenicum a. 35.
ibi: **se mdgen seyn von was Condition sie wollen / &**
Ord. Nova Camb. Hamb. art. 48. in verb. se mdgen seyn
von welchem Orthe/ Stande oder Condition sie wollen.

Rota

Rota Genuensis de mercatura Dec. 1309. n. 9. verbis: *sive nobiles sive plebeji, sive divites sive pauperes, sive Magistratum gerentes, sive vitam privatam agentes, sive in dignitate constituti ut Doctores sive alius quisque &c.* jung. Gait. de credito c. 2. tit. 7. n. 1924. & seq. Idem quoque jus Rusticis applicat Raphael de Turri de cambiis disp. 1. qu. 14. n. 12. & seq.

§. VII.

In Clericis, quod attinet cessionem literarum cambialium, non exigua occurrit dubitatio, notum siquidem est, hos a tractatione secularium negotiorum arceri, & officium illorum in eo, ut curam animarum gerant, precibus & lachrymis DEO vacent, residere. *Can. te quidem 29. caus. n. qu. 1. Nov. CXXIII. c. 6. T. Tit. extrane Clerici se negot. secul. immisceant*, quo facit, quod Pontifex scribit in *Can. 9. dist. 88. negotiatorem Clericum, & ex inope divitem, ex ignobili gloriosum quasi quandam pestem fuge*, add. *cap. 10. ibid.* & ideo quoque cambiale negotium plane ipsis adimit Brunnem, de jur. ecclesiast. L. 1. c. 6. m. 10. §. 7. ibique Stryk. in not. & in diss. de accept. liter. camb. c. 2. §. 4. proindeque cum cambiare nequeant, frustra de cessione literarum cambii quaestio movebitur; verum non una hic opus est cautela, indecens quidem est, si lucri quaerendi gratia, negotium cambiale, sicque mercaturam quaestuosam exercent, neque tamen propterea actus ullibi annalatur, male agunt quaestum exercendo, sed acquisitio lucri ipsis non denegatur, etsi propterea censuram Ecclesiasticam mereantur, & poena conveniens ipsis imponi possit, uti eleganter Card. de Luca d. tr. de cambiis discursu 18. n. 7. docet. Porro sicuti negotiatio oeconomica non prohibetur Clericis, & Chirographo dato, se ad restitutionem

D

pecuniae

pecuniae mutuo datae obligare possunt, ita nec video rationem, cur per modum cambii in propriam personam directi se ad restitutionem adstringere nequeant, est enim par utrobique ratio: Vel enim dicendum, non posse Clericum suae necessitati succurrere, quod absurdum est, vel cambium in propriam personam contractum Clericis permissum, omnino admittendum, rursus pone Clerico in disitis regionibus optimam obvenire hereditatem, eundem autem pecuniam tuto in patriam transportare non posse, interdic usum cambii Clerico & sic ipsi sterilem aut saltem gravem efficias hereditatem, addi hic merentur verba citati Card. de Luca sub n. 9. *ponderabam ulterius auctoritates in iisdem decisionibus deductas, percutere regulam generalem de prohibita Clericis negotiatione & mercatura, nullam vero adesse in terminis specialibus probantem, contractum cambii illicitam negotiationem continere, cum revera talis dici non possit, nam alias Clericis, habentibus pecuniam in uno loco, interdictum esset illam pro alio loco, cum mercatore, vel quocunque altero cum suo agio sive valore unius monetae cum altera cambiare, quod importaret commercii privationem, & cujus contrarium passim per quoscunque Ecclesiasticos etiam regulares & observantes qui sunt in communibus capaces observatur.* Hucusque Cardinalis de Luca, Odi ego Clericum, quatenus tantum causa huic rei inhaerentem, laudo eum qui vel alteri inserviendi vel propriae necessitati succurrendi causa, vel ex quadam denique necessitate negotium cambiabile tractat, facile mecum conspirabis, si cogires posse Clericum pecuniam suam ad censum dare quidni igitur ad cambium? hinc & vult Scaccia, quod indistincte per interpositam personam (ut scandalum evitetur) cambiari queat, de commerciis & cambiis §. 1. qu. 7. P. 2. *ampliat. u. n. 6.* cessionem itaque acquisitionem literarum

rarum cambii justam eum Card, de Luca *d. l. per tot.* pronun-
ciabimus. add. Gait. *de credito c. 2. tit. 7. n. 2137. & seq.*
quæ res in manuali cambio minus dubii haber, nihil enim
obstat, quo minus Clericus pecuniam suam cum alia, meli-
ori vel viliori commutet, neque ullibi ipsi injungitur, ut
pecuniam majoris pretii pro minori expendat.

§. VIII.

Et quamvis *Fœmine* ab omnibus officiis virilibus &
publicis arceantur, *L. 2. de R. 7.* itaque nec ad argenta-
rii munus admittantur, *L. 10. §. 1. L. 12. ff. de edendo.* tamen
cum longe alia sit negotii cambialis ratio, fœmina quoque
mercaturæ præesse queat. *L. 7. §. 1. de institor. act. l. 1. §. 16.*
de exercitor. act. Mev. ad Jus Lubec, *L. 1. t. 10. art. 1. n. 58.*
Marquard. *de jur. mercat. l. 1. c. 12. n. 7.* hicque de principali
non accessoria obligatione agatur, hinc mulier recte cam-
bium contrahere & acquisitum alteri cedere poterit, fœ-
minis enim non succurritur in jure errantibus, nisi in certis
casibus a lege expressis, *L. fin. C. de jur. & fact. ignor.* Inde
quod Jus Romanum spectat, ex bonis receptitiis etiam nu-
pta satisfacere tenebitur *L. fin. C. de pact. convent.* add. Struv.
Ex. 21. th. 11. Quod attinet Jus Patrium, distinguitur inter
fœminam mercaturam exercentem vel non, priori casu fir-
miter contrahit & cedit, posteriori casu consensus mariti
vel curatoris desideratur, Stat. Hamb. *P. 2. T. 8. a. 1.* verb.
Eine Frau/ die Kauffmannschafft gebraucht/ offene Tü-
den und Fenster hält/ mit Gewicht aus/ oder einwieget
und misst/ soll pflichtig seyn dasjenige/ so sie kauft oder
verkauft/ zu zahlen und liefern/ die aber/ so der Kauff-
mannschafft nicht zugehan/ kan ohne ihres Mannes o-
der Vormünders Wissen und Beistand/ auffserhalb
Thüren oder Thors zu des Hauses Nothdurfft gebdrig/
D 2 nichts

nichts beständiglich contrahiren. Correspondet Statutis
nostris Jus Camb. Lipl. art. 2. ibi: Nachdem angeordnet/
daß auch wider die Weibs: Personen / welche Kauff:
mannschafft treiben / nach dem Wechsel: Stylo zu ver:
fahren / so bleibet es auch daben inskünfftige / jedoch mit
dieser Erklärung / daß wenn eine ledige oder auch verhe:
lichte Weibsperson / welche ihre eigene / und zwar so viel
die Eheweiber anlanget / vor sich ohne ihren Ehemann
absonderliche Handlung führet / in ihrem eigenen Nah:
men einen Wechselbrief ausgegeben / ob es gleich ohne
Vollwort / Autorität und Einwilligung ihres Ehelichen
oder andern Curatorn, auch ohne vorgegangene Erinne:
rung ihrer weiblichen Privilegien und Rechts: Wohltha:
ten geschehen / dennoch wider sie nach Inhalt obangezo:
genen Markt: Rescriptes verfaßten werden solle. Welches
dann auch Krafft dieses dahin erstreckt wird / daß eine
solche Frau / welche / wie jetzt gemeldet / ihre eigene Hand:
lung treibet / in Handels: Sachen vor einen andern sich
verbürgen und gut sagen / und dawider das *scrum Velle:
janum*, ob sie gleich dessen vorher nicht erinnert / auch den:
selben von ihr nicht renunciiret worden / nicht vor schützen
können / sondern dasjenige / worzu sie sich verbindlich ge:
macht / genau zu erfüllen / und zu zahlen soll angehalten
werden. Idem expressis verbis vult Jus Camb. Prut. art.
35. verb. Gleicher Gestalt müssen sich auch diesem We:
chsel: Recht / so wohl ledige als verhelichte Weibs: Per:
sonen unterwerffen / wenn dieselbe entweder vor sich in ei:
gener Handlung begriffen / oder den Geschäften ihres
Ehemannes vorstehen / ob es gleich ohne Vollwort ih:
res Ehelichen Consorten, oder ohne Einwilligung
eines andern Curatoris, und sonder Erinnerung ih:
rer Weiblichen Privilegien und anderen Rechts: Wohl:
thaten

ffaten geschicht. add. Carpz. L. 6. Resp. 20. Marquard.
de jur. mercat. L. 1. c. 12. n. 22. § 27.

§. IX.

Plures Mercatores in societate existentes & literas
cambii acquirentes, qui easdem cedere aliis queant, du-
bium non habet, est enim res ad societatem pertinens,
quam proinde sicuti alias merces pro libitu transferre
possunt, sed quid de uno sociorum literas cambii possi-
dente dicimus? Ponamus literas cambii, acquisiverunt Ti-
tius & Cajus socii, quibus futuris nundinis quatuor millia
societatis nomine solvenda, cedit has Titius tantum Sem-
pronio, isque postmodum fabricae facultatibus, quaeritur, an-
non obstante cambii cessione Cajus suum ex Socie-
tate praetendere possit? certe quando hic dispositionem Ju-
ris communis sequimur, obligatio ex literis cambii cuius-
libet sociorum pro rata societatis est acquisita, id enim effi-
cit natura actionis personalis, ut ea inter plures ipso jure
dividatur L. 177. §. 2. de R. J. L. 25. §. 13. fam. ercis. L. 6. C. eod.
L. 26. C. de pact. adeoque alter alteri cedendo praedica-
re non poterit L. 9. C. si cert. petat. Struv. ex. 22. th. 42.
fallit, si quilibet in solidum sibi acquisiverit, vel correi
credendi fuerint, d. L. 9. C. si certum pet. si mandatum ha-
beat a socio, vel nomine omnium administrationem ge-
rat, & negotio cambiali praepositus fuerit. l. 4. pr. §. 7.
de exerc. act. Bardili ex. 31. concl. 19. § 20. plura habet Lau-
terb. in tr. Synopr. tit. pro soc. §. 4. n. 1. § seq. singulis ar-
gentariis quidem obligatio in solidum acquiritur l. 27. de
pact. sed inde ad cambium inferri vix poterit, junge L. 10.
§. 1. ff. de edendo. Et quamvis Strykius in socio cambii,
ut is per literas cambii etiam consortes obligare queat
in dist. de accept. liter. camb. c. 2. §. fin. statuat, tamen hoc

non aliter procedere autumo, quam si negotium uni in solidum commissum fuerit, vel utilitas ad societatem manaverit, l. 82. ff. pro socio.

§. X.

Filiusfamilias, sine patris consensu mutuum pecuniam obstante SCto Macedoniano accipere vetatur, adeoque nec cambium in propriam ipsius personam directum patre ignorante efficaciter contrahit, negotium enim hoc quamvis mutuum formaliter tale non sit, in fraudem tamen SCti & præjudicium Patris celebratum esse videtur, l. 7. pr. & l. ad SCt. Maced. ibique Brunnem. & ad l. 3. d. t. Lauterb. tr. Syn. ad SCt. Maced. §. 1. n. 5. Struv. Ex. 20. th. 52. quod ad Studiosum filium fam. in Academiis degentem extendit, & præjudicio confirmat Stryk. d. l. §. 6. Nisi forte mercaturam exerceat, & ad minimum 20. annorum sit, vid. Jus Camb. Magdeb. art. 5. ibi: so kan auch kein von Ihm ausgestellter Wechsel-Brief gültig seyn / es wäre denn / daß sie würcklich öffentlich Handlung trieben / welchen fals sie / wann sie 20. Jahr alt seyn / pro majoremibus gehalten werden sollen. Atque hoc posteriori casu haud dubie cessionem rite peragit. Quod si forte ex hereditate materna vel aliunde ipsi literæ cambii obvenerint, has quia subest præjudicium patris ratione usufructus ipsi in bonis adventitiis regularibus competentis, etiam ejus consensum ad cessionem omnino necessarium esse reputamus. L. fin. pr. & §. 3. c. de bon. qua. liber. l. 1. & ult. c. de bon. mater n. junge Brunnem. de cess. act. c. 2. n. 6. quoniam vero in bonis adventitiis irregularibus ipsi libera disponendi facultas competit, hinc & cessio sine patris consensu facta, servata Juris ratione, sustinebitur, Nov. CXVII, c. 1.

§. XI.

§. XI.

Quod *Institorem* spectat, non una opus est circum-
 spectione, si enim is negotio cambiali præpositus fuerit,
 haud dubie cessionem valide peragere poterit, idque in-
 de patet, quod negotio præpositus in absentia domini li-
 teras cambii acceptare, ergo multo magis cedere possit, vid.
 Stat. Hamb. P. 2. t. 7. a. 8. Ord. Camb. Breslav. in Amster-
 damse Wissel Styl. a. 2. & Ord. Francof. ibid. a. 1. Ord.
 Camb. Lips. a. 8. Ord. Magd. a. 23. Ord. Prur. a.
 8. Nov. Ord. Camb. Hamb. a. 8. arg. l. 20. de *instit.*
act. ubi mensæ nummulariæ præpositus perinde ut Prin-
 cipalis agere, eumque obligare valet, add. l. 5. §. 13. & seq.
 l. 1. §. 7. seq. l. 7. de *Exerc. act.* & arg. l. 94. §. ult. ff. de *solut.*
 Idem erit, si mercium emendarum mandatum acceperit,
 & penes mensam Domini non sit parata pecunia, repe-
 riantur autem ibidem literæ cambii, nam quin tunc has
 quoque venditoribus in solum dare, aut aliis quibusli-
 bet cedere queat, juris ratione conforme videtur, licet e-
 nim a forma præscripta recedere, quatenus id in illius ex-
 equenda necessariam consequentiam sit. l. 56. & 62. de *pro-*
curat. nam hic regula subintrat, qui vult consequens
 vult & antecedens, §. 2. *Instit. qui & quib. ex caus. manu-*
mitt. §. 1. *qui test. tutor. dari poss.* l. 2. de *Jurisd.* & cum
 talis possit mutuum pecuniam accipiendo dominum fir-
 miter obligare, l. 5. §. 13. l. 19. §. 2. de *Instit. act.* quidni &
 cambium cedere. Porro cessionem firmam arbitraretur, si
 istiusmodi institor, sciente domino cessiones literarum
 cambii peragere, solitus fuerit, nec tamen principalis
 contradixerit, jung. Stryk. de *cautel. contr.* §. 3. c. 5. §. 19.
 tunc enim eundem tacite huic negotio censetur præposu-
 isse; Idem est, si commodum exinde obveniens accepta-
 verit, l. 1. §. 5. de *Exerc. act.* l. 11. §. 1. de *institor. act.* l. 1. §. 3.
 de *tribut.*

de tribut. act. jung. Eyben de de Constit. & Juribus Factorum sive Institorum. c. 5. th. 9. Quod si vero Institor nullam præpositionis formulam habeat, tunc toties cessionem admittimus, quoties ea utilitatem domini respicit, & quando eo modo procedit, quo dominus negotium peragere solitus fuit l. 1. & 16. de institor. act. l. 10. §. 1. l. 11. & 12. §. 2. de negot. gest. Eyben. d. l. c. 10. th. 6. & seq. Sane in acceptando majus subest præjudicium, cum Dominus per eam arctissime & sub via executiva adstringatur, proinde regulariter sine speciali mandato eam peragere nequit institor, vid. ordinationes in hoc §. supra allegatas, quamvis & hic prædictæ declarationes aliquid utilitatis habere queant. Struv. in dec. Subb. c. 21. dec. 4. & c. 15. dec. 22. cum alleg. Stryk. de accept. lit. camb. c. 2. §. 7.

§. XII.

Hinc quid in *Procuratore*, qui proprie loquendo ab institore differt, (videlicet omnis Procurator constituitur mandato, sed non omnis mandato constitutus dicitur Procurator, qui enim curam alienæ negotiationis ut officium suscepit, institor vocatur, qui non officium, sed extra ordinem negotia curat, Procurator nuncupatur, unde & mandatam aliud negotiorum, aliud negotiationis erit, illud morte perit, hoc non æque L. 15. de institor. act. junde Huber. *ibid.* & plures differentias apud Eyben d. l. c. 11.) quid inquam in puncto cessionis literarum cambii, de hoc statuendum sit, non difficulter apparet, distinguendum: namque inter procuratorem in rem suam, & in rem alienam, ille utpote cessionaribus, cum ex cessione jus cedentis & utiles actiones consequatur, rursus cambium in alios transferre poterit, idque sæpissime in literis cambii usuvenire, ut per manus girentur & pluribus

bus cedantur, patet ex Ord. Magd. art. 20. & luculenter comprobatum dedit Card. de Luca t. 3. de cambiis discurs. 5. & seq. Hic vero si vel habet mandatum speciale, vel generale cum libera, quia tunc posteriori casu ea omnia facere, quæ Dominus verisimiliter facturus esset, & etiam titulo oneroso alienare potest, l. 11. §. ult. de pign. act. l. 33. de acq. poss. l. 41. de reb. cred. l. 9. §. 4. de acq. rer. dom. l. 58. de procur. c. 4. de procur. in 6to. cessionem valide peragit. Si sine libera, alienare & sic quoque cedere prohibetur. l. 63. de procurat. In dominum vero quaslibet accessiones transferre cogitur. l. 49. §. ult. de acq. vel amitt. poss. jung. Brunnem. de cess. act. c. 2. n. 7. & seq.

§. XIII.

Ratione *Bannitorum* inter bannum Imperiale, & Provinciale distinguendum videtur, prius die *Reichs- und Ober-acht* si intercesserit, quia hac via, omnia bona jura & accessiones ipso jure caduca fiunt, etiam talis literas cambii in Imperio, vel sub ditione Imperatoris solvendas, cedere amplius nequit. l. 22. §. 5. mandati. Gail. l. 2. de pace publica c. 6. & L. 2. obs. 28. n. 9. & seq. dixi in Imperio solvendas, nam si, v. gr. in regno Galliarum præstatio facienda, cum Imperatoris Jurisdictio ratione dicti regni deficiat, neque hic bannitus etiam alibi eodem fulmine feriat, porro literarum hæ territorio, ex quo pulsus est, non cohæreant, arg. L. 86. de leg. 2. L. 41. 46. de leg. 3. Molin. tract. de test. d. 202. n. 6. hinc nihil video quid cessionem obstet? posteriori in casu, extra territorium jura competentia retinet, unde & literas cambii recte adhuc cedit. Brunnem. de cess. act. c. 2. n. 12. & seq. multo magis itaque *Excommunicatus* cedere poterit, est enim vitium personæ non rei Lentz. de nomin. & act. cess. cap. 6. m. 10. Tantum de Subjecto Activo.

E

§. XIV.

§. XIV.

Quod *Passivum* attinet, ipsis per cessionem, quibus res solvi & vendi potest, valide acquiritur, unde exulant *dementes, furiosi*, l. 1. §. 12. de O. & A. & omnes qui actum non intelligunt, in a & natura excluditur *infans* l. 1. §. ff. de V. O. nam quod in L. 3. C. de acq. & resinendi. possess. eorum rerum donatarum possessionem acquirere dicitur, id ad res mobiles a Doctoribus restringitur, jung. l. 1. §. ff. de acq. vel amitt. possess. neque ad jura & actiones pertinet, jung. Brunemann. ad d. l. 3. *minori* sine curatoris auctoritate ex causa lucrativa quidem, sed non onerosa cambium ceditur. L. 7. §. 2. de min. Lentz. de nom. & act. cess. c. 8. m. 3. jung. §. 5. hujus Cap.

§. XV.

Lege prohibetur cessio fieri *Tutoribus & Curatoribus*, adversus pupillos & minores, idque non quidem temporibus Digestorum obtinuit, uti videre est ex L. 12. de rebus & c. sed tamen ex constitutione Justiniani optima ratione, ne hi administratores malitiis indulgeant, defensiones pupillo subtrahant, eum supprimant, iisque bonis minorum inhiandi occasio praebeatur, salubriter introductum est, si durante tutela, sive ea finita cessio fiat, & quidem sub jactura fortis quæ lucro ipsius pupilli vel minoris cedit. Nov. LXXII. in prafat. §. c. 5. Quæ constitutio cum non sine gravi causa, favore minorennis aetatis lata fuerit, & generaliter de qualibet actionum cessione loquatur, etiam haud dubie in literis cambii, a patre pupillorum contractis, nisi forte alicubi aliud constitutum reperiat, obtinebit, quæ diximus ex identitatis ratione etiam in Curatoribus prodigorum & furiosorum locum invenient. dict. Nov. 72. C. 5. Lentz. de nomin. & act. cess. c. 8. m. 5.

§. XVI.

De Jure Romano prohibita est *cessio in potentiores facta* & quidem sub jactura juris cessi *L. 2. C. ne lic. potentior.* eamque poenam adhuc obtinere, notant *Lentz. de cess. jur. c. 8. membr. 6. n. 3. & seq.* *Sande de cess. act. c. 4. n. 6. & seq. Mey. P. 2. D. 174.* *Lauterb. in tr. Synopf. tit. de hered. vel act. vend. §. 11.* dicitur autem potentior tum ratione officii sive dignitatis, tum intuitu divitiarum, qui debitori potest esse terrori *L. 1. & 2. C. ne liceat potentior.* *Brunn. de cess. act. c. 2. n. 22.* *Sande & Lentz. d. l.* privilegium fort huc non spectat, nullus enim exinde metus incutitur debitori. *Brunnem, d. l. n. 25.* sed an in literis cambii ista constitutio quoque procedat, merito disquirimus; Sane si bona fide, & non malitiose opprimendi adversarii gratia cessio facta fuit, forte ut acceleretur solutio, tadium litis, vel etiam periculum evitetur, cessionem validam esse, neque huc citatos textus pertinere, defendunt *Frantzk, L. 1. resol. 10. n. 53.* *Brunnem, ad L. 2. C. ne lic. potent. Mey. P. 6. D. 228.* non est itaque dubium literarum cambii cessionem, utpote quæ favorem meretur tanto magis sustineri, porro si debitum certum & liquidum potentiori cedatur, etiam poenam *L. 2.* exulare, cum vexandi occasio cesset & litium emtio, arg. *l. 1. C. ne lic. potent.* volunt *Mey. P. 3. D. 51.* & *Bardili in conclus. for. Ex. 34. c. 4.* hinc credo in genere literis cambii, exceptionem hanc opponi non posse, sunt enim liquidæ & paratissimæ executionis *Mey. P. 9. D. 133.* *Scaccia de camb. P. 2. glossa 5.* & negotium hocce inter potentes æque ac inferioris fortis homines celebratur, divitibus, cum iis, qui tenuioris fortis homines sunt, commune est. Vid. §. 6. hujus Cap. & potentia hic nihil demit, aut contribuit, dives enim sive pauper, vel cujuscunque fortis homo, literas cambii cessas acceperit, neque plus neque

minus consequitur, & neutri exceptio quaedam opponi potest, sed si talis sit, quae altiore indaginem requirit, ad aliud iudicium rejicitur, hinc etsi malitiose hac in parte actum esse post solutionem appareat, ejus nomine in separato agi posse, ne malitia cuius sua impunita maneat, aequum videretur. Quae diximus optime confirmantur in Ord. Camb. Magd. art. 4. Alle diejenigen / so sich unternehmen / einen Wechselbrief auszustellen / wann sie nur das 21. Jahr ihres Alters über schritten / sie seyn Männlichen oder Weiblichen Geschlechts / Fürsten / Grafen / Frey- Herren / Hofbedienten / Adeltiche / Gelahrte oder Militar- Personen / wie auch Professores und andere Anverwandte unserer Universität Halle / sollen eben so feste als die Handelssteure an diese Wechsel- Ordnung / ohne Unterscheid und Exception, verbunden seyn / also / daß in Entstehung richtiger Bezahlung / nach Streunge des Wechsel-Rechts / wider einē so wohl als den andern / ohne allen Respect und Nachsehen verfahren / und derjenige / so den Wechselbrief gegeben / oder acceptirt / den Wechselbrief und die Hand in Person zu recognosciren / und wann Er solche recognoscirt / die Zeit oder der Tag zur Bezahlung auch verfallen ist / alsofort zur Bezahlung angehalten / und keine Exceptiones weder dilatoria noch premtoria dawider verhoffet / sondern der oder dieselige / so den Wechselbrief ausgestellet / alsofort zur wirklichen Bezahlung angehalten / oder / wann Er oder Sie so bald nicht bezahlen kan / oder will / mit personal- Arrest / ob Er oder Sie gleich mit immobilibus angefaßten seyn möchte / bel- get / dahingegen aber auch ihnen / falls sie etliche Exceptiones wider die Bezahlung einzuwenden haben / ohne einige Weilläuffigkeit / und bey mündlicher Verhör / in der Reconvention, wann zuvor die

vor die Bezahlung des Wechs völlig geschehen / zu dem Seinigen wieder verholffen werden solle ; plura vid. in cit. §. 6. hujus Cap.

§. XVII.

Notum quidem est, quod regulariter actiones Patri adversus filiumfamil. & vice versa cedi nequeant, idque ob fictionem unitatis, perinde enim foret ac si quis sibi ipsi cederet, §. 4. Inst. de inutil. stipul. l. 7. ff. de jud. neque diversitas rituli attenditur, L. 1. §. 1. pro donat. l. 17. C. de donat. l. 25. C. de donat. int. vir. & ux. exceptio est in peculio castrensi & quasi castrensi, utpote in quibus pro patrefamilias reputatur, neque exinde quicquam acquiritur patri, l. 2. 4. & 11. de castrensi pecul. l. 52. §. 4. & seq. de furt. Idem est, si donat. propter nuptias nomine Cessio facta, vel ea juramento confirmata fuerit, vid. Lentz. de nom. & act. cess. C. 6. m. 3. nec aliud obtinere existimo, si tale cambium sit, quod vel ad peculium adventitium irregulare, arg. Nov. CXVII. c. 1. vel etiam ad regulare pertinet, puta extraneus donat filiofamilias cambium ex quo pater tenetur, validum erit cessio, quia filius proprietatem pater saltem usumfructum consequitur L. fin. pr. C. de bon. qua lib. adeoque vivente patre actio quiescit, junge Brunnem. de cess. act. c. 2. n. 59. Sande de cess. act. c. 4. n. 27. quod multo magis procedet, quando filiusfamilias mercator est Jus Puren. art. 35. & Ord. Camb. Magdeb. art. 5.

§. XVIII.

Cedere Christianum Judæo posse nullibi vetitum legitur, neque hic subest præiudicio fraudis, L. 8. & 9. C. de Judæis. Marquard. de jure mercat. l. 1. c. 11. n. 76. & seq. Schütz. in Collegio Jur. Publ. Vol. 2. diss. 9. th. 18. lit. c. Harp-

precht, ad pr. Inst. de Societate n. 37. *Judeus autem Christiano contra Christianum sub pœna amissionis actiones, nisi cessio judicialiter fiat, vid. Recess. Imper. & Stryk de C. C. S. 4. C. 2. §. 17. cedere prohibetur. Rec. Imp. de Ao. 1551. §. diesent zu begegnen verlu Es soll auch kein Christ. Ord. Polit. de Ao. 1577. tit. 20. verb. Es soll auch kein Christ.* idque ob improbitatem & præsumtionem usurariæ pravitatis, neque tamen hinc inferas cum Carpz. P. 2. C. 30. D. 45. & l. 5. Resp. 38. Stryk. de jure non cessibili c. 1. §. 3. Philippi O. 6. ad Decis. novas Saxonie 28. n. 27. aliisque, cessare prohibitionem cessionis, quando non subest usuraria pravitas, nam Recessus generaliter, & indistincte loquuntur, deinde Imperator ibi aliquid speciale in Judæis constituere voluit, quod factum non fuisset, si Recessus saltem ad usurarium debitum restringendi essent, cum etiam Christianus Christiano, nomen usuraria pravitate coinquinatum, cedere prohibeatur Lauterb. in tr. Syn. de hered. vel act. vend. §. 2. n. 4. Schœpfer, ibid. n. 11. late Harppr. in Consil. 60. n. 397. cum seq. ubi n. 307. ait: *usurariam pravitatem saltem esse causam impulsivam, ex qua generalis prohibitio restringi nequeat, cum saepe etiam ob quorundam improbitatem, totum negotium prohibeatur, l. 1. §. 6. de postul. Nov. LXXII. c. 5. junctâ præfat. L. 1. ad SCt. Maced.* An hoc autem ad literas cambii extendi possit, merito quis dubitat, cum enim favor mercaturæ quaslibet personas ad cambiandum aptas admit- tar. Jus Gentium Judæos non excludat, neque ordinationes Principum inde eosdem arceant, denique Judæi cum Christianis negotium cambiale celebrare possint, vid. Ord. Nov. Camb. Hamb. art. 13. & Lipsiens. art. 12. hinc vix Recessus Imperii ad literas cambii extendi poterit, cum enim Judæus a Christiano literas cambii sibi acquirere, cur non quoque acquisitas rursus Christiano cedere posset, & Rec. Imp.

*Imp. legem prohibitivam continet, quæ strictæ interpreta-
tionis est, nihil autem de prohibitione cessionis literarum
cambii ibidem constitutum legitur, adeoque illa permessa
censebitur. l. 12. pr. de judic. facit, quod cessiones hæc speciem
negotiationis & commerciorum contineant, qualia exerce-
re Judæi in cit. Rec. de Ao. 1551. §. diesen zu begegnen/ibi:
doch sollen den Juden die aufrichtige Handthierung
und Commerzien/in den offenen freien Messen und
Jahrmärkten unbenommen seyn/ conceditur. Est igitur
dispositionem citati Recessus cum Blumio in Proc. Cam.
tit. 34. n. 707. Lauterb. in tr. Syn. de hered. vel act. vend. §.
2. n. 4. etiam in debitis liquidis admittamus, quia cessiones
hæc, ne quidem coram Magistratu Christiano celebratæ, va-
liditatem nanciscuntur, cum Judex de super instrumentum
conficiens, pœna infamiae & remotionis ab officio coercer-
atur d. Rec. §. zu dem wollen wir. Lenz. de cess. act. c. 26.
membr. 1. n. 11. Harpprecht. d. Consil. n. 398. & seq. tamen id
cambia nullatenus fecit, cum sub prohibitione non conti-
neantur, & hoc evidens est in cambiis regularibus, quia ne-
gotiationes tempore nundinarum ipsis permittæ, deinde et-
iam in irregularibus sive platealibus, quia Transans a Judæo
acquirente collybum sive luerum transcriptionis accipit,
adeoque magis Christiani favor, quam impius Judæi ac-
questus subest & nisi validitatem hujus cessionis admittere-
mus, Judæi cum maximo rerum suarum dispendio, & peri-
culo transportationis pecuniæ creditoribus suis sibi satis-
facere tenerentur; adeoque tantum quæstio superest de ne-
gorio ante cum Christiano celebrato, postea in cambium
mutato, vel de cambio in propriam ipsius Transantis perso-
nam directo, & hic idem statuendum; ita tamen ut ne
malitijs forte indulgere videamur, super usuraria pravitate
quæstio, postmodum cesso debitori salva maneat, ex-
ceptiones*

ceptiones enim uti infra videbimus, regulariter in cambiis executionem non impediunt.

§. XIX.

Neque inter personas prohibitas recensemus *militem*, potest enim is procurator in rem suam, qualis per cessionem efficitur, constitui. *L. 8. §. 2. ff. L. 9. C. de procurat.* necessitas quoque & utilitas quæ causam dedit cambiis, etiam in ipsis, cum præsertim periculosa loca transmare cogantur, & minori cum incommoditate literas secum quam paratam pecuniam portare possint, obtinet, neque aliud ex *L. 7. §. 9. C. de procurat.* quam quod impialitium redemptio militibus interdicta sit, colligi poterit, quod cum aliis commune habet miles *L. 15. C. de procurat. L. penult. §. ult. C. mandati.* Lauterb. *tr. Syn. de hered. vel act. vend. §. 2. n. 6.* *Advocatis* quoque quoralitis cedi prohibetur, quia quilibet moturus præsumitur, ut triumphet. *L. 5. §. 6. §. 2. C. de postul. l. 15. C. de procur. L. 20. C. mandati.* Adeoque si lis super literis cambi exorta fuerit, cessione ipsi facta inutilis erit, late Brunnem. *de cess. act. t. 2. n. 44.* idem si in spem victoriæ ipsi literæ cambiales cedantur, quia ita quoque redemptio litis subest, *L. 7. mandati, Brunnem. n. 45.* etsi palmarium intra legitimam quantitatem capere possit, *L. 1. §. 12. de extraord. cognit.* extra has causas vero, si cliens cedat Advocato suo literas cambi, nemo de validitate, ut opinor, dubitabit, conventiones enim inter has personas nullibi reperiuntur veritæ. *Struv. Ex. 23. rb. 3.* Ita quoque cessiones cambiorum *inter egrotum & medicum* celebratas validas pronunciamus, nisi adversis medicamentis quis ad cessionem faciendam adactus fuerit, idque probari queat *L. 3. de extraord. cognit. L. 9. de Professor. & Medicis, Struv. cit. loc. Philosophi* denique ut tales

tales negligunt pecuniam, ergo & ejusdem permutatio-
nem & cambia, quamvis alias nihil vetet, quo minus ne-
gotium cambiabile itaque cessiones exercere queant, vid.
Ord. Magd. A. 4. Zipffel. *tract. de tesser. collyb. p. 20.* Ita se-
cundum *Ord. Bresl. §. 1. collegiis opificum negotium cam-
biale prohibetur, verb. soll das Weyel* Negotium einig
und allein bey der Kauffmannschafft bestehen/und kei-
ne Innung damit zu trasiren befugt / sonst aber
männiglich etc. Sed illa dispositio singulos non excludit,
deinde uti patet ad Trassantem non ad Remittentem
pertinet, hinc non dubitarem, si collegio literæ cambia-
les obvenirent, illud cessionem valide peragere posse,
sicuti & ipsi, contracta ab illis cambia recte cederentur,
est enim lex prohibitiva libertatem constringens, adeo-
que strictæ interpretationis. jung. Zipffel. *tr. de tesser. col-
lyb. §. 1. §. 19.* Et si cessio Præsidi facta ob metum concussio-
nis jure Romano minime sustineatur, *L. un. pr. §. 2. C.
de contract. jud. L. 62. de contrab. emt. L. 46. §. 2. de jure fi-
fii,* & negotiatio omnis quæstuosa iisdem interdicatur,
L. 33. de reb. cred. L. 3. C. si cert. pet. tamen quia dispositio
Juris Romani in Magistratibus perpetuis, uti volunt Do-
ctores ad *L. 34. de reb. cred.* itemque moribus hodiernis
constat, Struv. *Ex. 18. tit. 3.* hinc nullus dubito, quin tales quo-
que & active & passive cedere possint, Zipffel. *de tesser.
collyb. §. 1. §. 3.* si vero concussio demonstrari possit, ea de
re in separato agendum erit.

§. XX.

Finis literarum cambii consistit, in promovenda in-
ter disfitos mercatura, evitanda transportationis neces-
sitate, declinando periculo & facilitate satisfaciendi iis,
quibus vel in proprio vel in alio loco debetur, Turri de
camb. disp. 1. q. 2. n. 23.

F

CA-

CAPUT III.

De Causis Cessionis cambiorum intermis.

SUMMARI.

- §. 1. *Objectum sunt literæ cambiales cujuscunque generis.*
- §. 2. *Ceduntur itaque recte cambia regularia, sive mundanalia.*
- §. 3. *Injustitia cambii platealis, ejusque cessionis validitas evincitur.*
- §. 4. *Removentur dubia que adversus cambia & recambia opponi solent.*
- §. 5. *Literæ cambii litigiose minus recte ceduntur, & quando hæc litigiose dicantur.*
- §. 6. *Ad formam cessionis consideratur Primo justa causa, lucrativa autem sive onerosa ea fuerit, nihil refert, neque tamen exceptio L. Anastasiane, si cessio minori pretio facta fuerit, locum obtinebit.*
- §. 7. *Idque responso Facultatis Juridicæ Gissensis comprobatur.*
- §. 8. *Requiritur Secundo juris competentis in Cessionarium facta translatio.*
- §. 9. *Faciat Tertio Cedens in dorso literarum cambii mentionem cessionarii non tamen sanne expressio, ut ibidem necessario fiat, necesse est.*
- §. 10. *Ad validitatem cessionis, ut putat Dondorf, non requiritur exceptio vocis commissi, vel ordre.*
- §. 11. *Neque essentialiter expectimus, ut cessioni dies inferatur.*

§. I.

Facies tituli sufficienter *Objectum* presentis thematis declarat, adeo ut frustraneum sit monere, nobis non de cessione quorumlibet instrumentorum, alteriusve rei in presentiarum, sed de cessione (seu *transportatione* uti aliquando vocari solet, vid. Dondorf. de termino peremptorio solutionis & protestationis cambiorum §. 58.) litera-

literarum cambii sermonem esse, etsi igitur aliqui existimant etiam cambium sine literis contrahi posse, tamen quicquid hac de re sit, dum literarum cessionem præcise respicimus, aliud quicquam disquisitionis nostræ objectum præter memoratas literas constituere nequit, neque refert, an literæ illæ cambium nundinale, an plateale, vel etiam in propriam ipsius Transactantis personam directum, constituent.

S. II.

Et quia efficacia cessionis literarum cambii, a validitate contracti cambii dependet, si enim nullum debitum subest, neque valida initi cambii obligatio, frustra de cessione quarimus, non entis enim nullæ sunt qualitates, *l. 54. de R. J. arg. l. 1. ff. de hered. vel act. vend. l. 19. cod. de singulis* itaque literarum cambii speciebus, an ex *Lege* Jus sit & sustineri queant, paulo accuratius agendum & quidem quod attinet *litteras cambii Nundinales s. Regulares* eas omni jure sustineri & licitas esse, uno ferme ore & Moralistarum & Juristarum sustinent, esse enim hic proportionem & æqualitatem, inter datum & acceptum, cum nummos quos hic erogas, in eadem quantitate & bonitate, respectiva scilicet, alibi recipias, & collybus non tanquam usura sed tantum ut præmium transcriptionis detur, non posse deinde hic aliquem decipi, æque caute hic agi cum muliere quam mare, sagaci & minus intelligente, mercatore & rustico, cum valor publica autoritate determinatus, omnibus & singulis facile innotescat, adeoque illicita hac in parte mercimonia nullatenus exerceri queant, etsi forte mercator apud omnes cursum consueverit tam exacte non observet, tamen lucrum communiter modicum & exiguum esse, cujus non solet haberi ratio, dandum

enim aliquid esse mercaturæ & mercatoribus, qui in eo
toti sunt, ut non nisi lucrum captent. vid. Turri *de camb.*
Decis. 33. Card. de Luca *de camb. discurs. 1.* Voogt. *de camb.*
rb. 1. Merenda *tr. de cambia nundinali per totum.* de Lugo
de Just. & Jur. Tr. 2. disp. 23. S. 7.

§. III.

De *Plateatibus* vero major dubitatio subintrat, idque
primo ob periculum usurarum, si quis enim accepta pecu-
nia literas cambii in certo loco, ubi nundinæ non celebran-
tur, vel extra earum tempus solvendas promiserit, ibique
a nemine acceptentur, non solum cursum pecuniæ ordi-
narium, quem vocant *Berel: Cours*, sed & expensas prote-
stationis, item quod pro posta erogatum, protest *Kosten/*
Brief: Porten/ courtage & provision uti dicunt, omne-
que damnum refundere tenetur, adeoque dum hic ultra
sortem aliquid capitur, usura suberit *c. fin. X. de usur.* idque
tanto magis stringet, si literæ cambii in *propriam ipsius*
Trassantis personam contractæ per plateas girentur, &
Trassans locum non accedat, idque Remittens probabili-
ter sciat, nihil enim aliud tunc sub provisione, itemque
pretio literarum eo in loco incerto, quam pallium usuris
quærit, ponamus enim Hamburgi tempore in literis de-
stinato pecuniam in magno pretio esse, jam in eo augebitur
Trassantis summa, unde *secundo* notabilis excessus for-
tis & accessionum, præprimis si termini solutionis sæpius
reiterentur, eveniet, utputa ut singulis tribus mensibus,
novus oriatur juxta literas cambii solvendi terminus, ex
quibus nullitas istius conventionis dependere videretur, in-
deque invaliditatem induci notat Turri *de camb. disp. 3.*
qu. 1. n. 20. Sed hisce non obstantibus etiam plateales lite-
ras cambii licitas reputamus, non saltem tunc quoties
quis

quis in certa platea eget pecunia, quam alio in loco mercatori literas cambii tradenti solvit, quod indubitatum est, sed etiam quando ad lucrum quale quale captandum a negotiatoribus cambia acquiruntur, cœpit enim nunc species negotiationis esse inter mercatores licita, neque omne quod ultra sortem capitur usura est, lucrum enim aliquod non est invidendum, propter periculum quod sustinet eo in casu Remittens, vid. Scaccia *qu. 6. num. 5.* deinde petitur hic aliquid non tanquam usura, sed ut interesse, dum enim Trassans medio tempore mea pecunia utitur, indeque commodum percipit, quidni æquam ejus nomini retributionem exigere valerem? *arg. C. 16. § 13. X. de usur. l. 4. C. de pos. idque etiam in Ord. Camb. Magdeb. art. 15. expresse constitutum reperitur.*

§. IV.

Neque quicquam faciunt, quæ in contrarium allata sunt, *ad primum* enim respondeo, periculum usurarum etiam in cambiis eodem modo obtinere, quæ tamen valida reputantur, deinde non est hic usura, sed damni & lucri interversi pensatio, porro hoc interesse, ne quidem hodie in literis cambii platealibus est incertum, sed singulis fere septim anicertificatur, ita ut hac in re nemo facile defraudari possit, prout subiecta exemplata Civitatis Hamburgensis, quam Lipsiensis sub *Num. 1. & 2.* demonstrant.

Wechsel-Cours zu Hamburg.

Ady 23. Jan.	Ao. 1711.	
Sevilla	gr.	} Ufo ist 2. Monat dato.
Cadix	gr.	
Lisabon	gr.	
Veneria 86. - - -	gr.	
Antwerpen - - -	St.	} Ufo Sicht.
Amsterd. in Banco $33\frac{1}{2}$ à $\frac{1}{3}$	Str.	} Cort, Sicht.
Dito in Cassa $4\frac{1}{2}$ à $\frac{5}{8}$	pto	
Paris	fs.	} 2. Ufo ist 2. Mon. dato.
Roan	fs.	
Londen 32. fs. 8. - -	gr.	
Lion	fs.	} in die Misse.
Leipzig in Cor.	pto	
Nauenb. in Cor.	pto	
Breslau $36\frac{3}{4}$ à $\frac{1}{2}$ - -	pto	} 4. dato Wochen.
Dantzic in sp.	pto	} 2. Ufo Sicht.
Dito in Cor.	pto	
Augsburg in Cor.	pto	
Nürnberg in Cor. $36\frac{1}{4}$ - -	pto	
Copenhagen in sp.	pto	} pto Cort, Sicht.
Dito in Cor.	pto	
Leipzig in Cor.	pto	
F. Fort in Cor.	pto	
Lübeck in Cor.	pto	

Lipfia,

Lipſia. Adi. 16. Genne 1711.

per le Piere.

	D.	L.
Francoforte.	97	-
Breſlavia.	94 $\frac{3}{4}$	-
Lione.	-	-
Bolzano.	95 $\frac{1}{2}$	-

à uſo.

Amſterdam in Bo.	130 $\frac{1}{4}$	-
Detto in Corr.	125 $\frac{1}{2}$	125 $\frac{1}{2}$
Hamburgo in Bo.	130 $\frac{1}{4}$	-
Francoforte.	-	-
Auguſta.	95 $\frac{3}{4}$	-
Vienna.	95 $\frac{1}{2}$	96.
Norimbergo.	95 $\frac{3}{4}$	-
Breſlavia.	95 $\frac{3}{4}$	-
Praga.	95 $\frac{1}{2}$	96.
Parigi.	-	-
Ongari à marco.	-	-
Detto al peſo.	16 $\frac{2}{3}$	17.
£ Tal.	12 $\frac{1}{4}$	-
Lous Tal.	-	-
Depoſito.	2	-

Friedrich Conrad.

Sin regeras id in magnis quidem contingere Emporiis,
 poſſe autem recambia fieri per civitates minores, in qui-
 bus iſtiusmodi determinatio non obtinet, respondebo,
 hoc in caſu omnino iniquitatem præcavendam & æquam
 videri tunc ad curſum civitatis proxime adjacentis reſpi-
 cien-

ciendum esse, uti in Ord. Camb. Magd. art. 15. ibi: und
weilen von wenig Orten ordinari-Wechsel anhero ge-
macht werden/ so soll der Preis des Rückwechsels/ der-
wegen nicht erfolgter Bezahlung protestirter Wechsel
Briefe/ nach den Ort ab/ da selbige zu zahlen gewesen/
nach dem Leipziger Cours gerechnet werden. Instas,
multiplicari tamen interesse sapius, quia per plures pla-
teas errant literæ, quæ erat ratio dubitandi *secunda*, &
tam in cambio, quam in recambio obtinet, Ordinatio
Magdeburg. quidem art. 16. non nisi unicum cambii & re-
cambii pretium regulariter admittit verb. Es soll aber
kein höher Rückwechsel als obsteher/ zu vernehmen ver-
gönnet seyn/ obgleich der Wechselbrief durch verschiede-
ne Plätze wäre negotiiret worden/ sed tamen eadem
constitutio ibidem casum conventionis in contrarium ex-
cipit, verb. Es wäre dann der Ausgeber oder Endossant
des Briefes/ expresse zu solcher Negotiirung/ bey Ver-
kauffung des Wechsels freye Macht geaeben hätte/ auf
welchen letzten Fall der Wechsel und Rückwechsel/ auff
alle Plätze/ dadurch er mit Permission des Angebers
oder Endosseurs gelauffen/ gutgethan werden soll. Ve-
rum hæc omnia facile dilui possunt, si dicamus in notoriis
& probatæ fidei negotiatoribus lucrum impium non præ-
sumi, nec argumentum a possibilitate actus impii, ad ipsum
actum valere, bene enim Card. de Luca *tr. de cambiis di-*
scurs. l. n. 19. ait: *nullibi cautum est in jure, ut sola delicti*
possibilitas, seu major facilitas, actum reddere debeat intrin-
sece malum, quoniam etiam in testamentis, instrumentis,
schedulis & apochis aliisque scripturis eadem possibilitas
adeß, unde major vel minor facilitas, præbet quidem causam
sufficientem superioribus ad congruas provisiones desuper
capiendas, sed hæc sola potentia, donec prævideatur, non ir-
ritat

ritat actum, deinde dubium aliquid efficeret, si Trassans
vel etiam in sua persona literas cambii constituens, facultatem;
in quibuslibet terminis satisfaciendi Remittenti, non haberet, dum vero in primo loco, solvendo se ab obligatione cambiali liberare potest, nec tamen Remittenti satisfacit, hinc novum rursus cambium ibidem contraxisse videtur, & tot cambia quot loca adesse censentur, proinde sicut cambium novum contrahere licet, ita & cursus ac recursus per loca illicitus non erit, urges, scit Creditor me in destinatis locis solvere non posse, adeoque nihil aliter quam usuram quarit, verum nescio, an Remittens, infallibilem, debitum in termino primo solutum non iri, notitiam habere possit. Ad minimum optima de honestis viris præsumimus, neque impietatem quorundam laudamus, deinde multa quoque, præsertim in mercatura, ejusque favore cujuslibet conscientia sunt relinquenda, quæ ob multas inconvenientias semper præcaveri non possunt, uti exemplo læsionis infra dimidium, bene demonstrat Struv. *Exerc. 1. th. 58. versu porro detrabit* n. 2. quo & facit Ord. Camb. Magdeb. *art. 26. verb. weisen die girrte Wechselbriese noch an vielen Orten im Gebrauch sind/ das solche ohne Schwäche der Handlung nicht wohl zu limitiren oder gar abzuschaffen seyn/ so sollen zwar dieselbe zur Beförderung der Negotien hinführo passiren/ jedoch die Endossamente in Bianco gänglich abgeschaffet seyn/ und der Geber solcher Wechselbriese den Giro, wie sich gebühret völli/ auch mit Befreyung des Dati, und welchergestalt die Valuta empfangen sey/ compliren.* Et bene hanc in rem laudatus Card. de Luca *num. 14. ait: pro reimbursemente, formatur recambium, quod dicitur cambium omnino novum & ex integro, ita ut quicquid sit in foro interno & quoad intentionem,*

G

nem,

nem, de qua ad solum Deum inspicere pertinet, quatenus concernit forum externum, tot censentur novi contractus, novaque cambia ex integro quot sunt mundine s. termini. Sane si excessus sit nimis immodicus, vel fraus impii cuiusdam sceneratoris subesse probetur, inæqualitatem ad æqualitatem reducere, secundum regulas æquitatis Judici concedetur. Fontanella Dec. 64. cum seq. Turri disp. 3. qu. 1. jung. Card. de Luca d. l. n. 20. seq.

§. V.

Sicuti in iure *Actiones litigiosæ cedi prohibentur L. 3. C. de litigios. T. Tit. Et auct. litigiosa ff. Et Cod. de litigios. L. fin. C. de hered. vel act. vend.* Brunnem. de cess. act. c. 4. n. 2. Et seq. ita idem in literis cambii statuendum videtur, exinde enim actio personalis oritur, & animo exagrandi adversarium, cessionem hanc factam, esse credimus, quod in *L. ult. C. de litigios.* improbatur, ac adversario murato, causa alterius durior fieri posset, litisque redemptio generaliter vetatur, *L. 22. Et seq. C. mandati.* Neque ratio est, cur hic potius malitiam hominum indulgeamus, quam in simplici Chirographo, privilegium quoque exemptionis, vel negotiatoribus competere, aut in cambiis obtinere nullibi legitur, proinde dispositio juris communis hic merito subintrabit, sicut autem litigiosæ per litis contestationem, non sola citatione, *L. 1. §. fin. ff. L. 2. C. de litigios.* Frantz. *L. 1. resol. 11. num. 29.* Struv. *Exerc. 46. tb. 48.* Trentacinqu. *L. 2. resol. 17. de judic. n. 9.* unde patet, quod simplex denunciatio vel sola Trassantis interdictio rem litigiosam non efficiat dict. text. Struv. *cit. loc.*

§. VI.

Ad Formam cessionis requiritur Primo, ut ea ex justa causa

causa s. titulo ad transferendum dominum habili procedat. L. 9. ibi procedente causa C. de procur. nulla enim sine titulo cessio est. L. pen. & ult. C. mandati. Brunnem. de cess. act. c. 1. n. 11. & 95. Mev. P. 4. Dec. 23. Mencken. disp. 1. c. 2. §. 3. neque interest titulus lucrativus, an onerosus fuerit. T. Tit. de hered. vel act. vend. L. 2. C. de donat. L. 22. C. mandati, & quamvis in aliis actionum cessionibus, æquivalens summæ debitæ pretium desidereretur, neque aliter cessionarius efficaciter agere queat, quam si demonstraverit, quantum pro nomine dederit, cum quod minus datum ex dispositione L. Anastasianæ lucro debitoris cedat. L. 22. & 23. C. mandati. Sande de cess. act. c. 11. n. 12. Brunnem. de cess. act. c. 1. n. 18. Lauterb. in Coll. Tb. Pr. de hered. vel act. vend. §. 2. n. 35. Struv. Ex. 23. th. 80. neque quantitatem summæ ex instrumento cessionis sufficienter probari recte dicant Doctores, ut Brunnemanna. ad L. penult. C. mandati n. 2. & seq. Carpz. L. 5. R. 53. n. 9. Berlich. d. 32. n. 12. adeoque juramentum aliquando desuper admittant Sande de cess. act. c. 11. n. 12. Mev. P. 4. d. 323. in fin. tamen hæc omnia ut existimo aliter se in cambiis habent, idque primo quia exceptiones aliquem litis tractum desiderantes literis hisce objici nequeunt. Ord. Magd. Camb. art. 4. deinde secundo dans cambii literas liberam cum iis negotiandi facultatem creditori sive remittenti eo ipso concessisse videtur, & dum summa in cambio expressa solvitur, an Cedens tantundem a Cessionario recipiat vel non, ipsi Transanti perinde esse debet, in negotiationibus siquidem non semper idem recipimus, aliquando plus, aliquando minus L. 22. §. 4. ne minoribus. Neque tertio Transans sibi injuriam fieri, si plus solvere teneatur, quam Cessionarius dedit, conqueri potest, sufficit enim ipsi, quod contentam in literis summam a Cedente solutam acce-

rit, injuria potius fit Cedenti quam Trassanti, etsi *quarto* illud superfluum commodum cedentis respiceret, ut is duplici commo frueretur, evenire posset, pone enim me a Titio Trassante pro mille Imperialibus, literas cambii ad Cajum mercatorem Francofurtensem directas, accepisse, me easdem in itinere Sempronio, quia non tendo Francofurtum pro quingentis cessisse, si hic mercator Francofurtensis exceptionem Legis Anastasiana oppone-
re posset, pro mille acceptis tantum quingenta restitu-
eret, quod certe in foro mercatorum, ubi apices Juris non considerantur, sed data fides præcise adimplenda, absolum videtur, & quamvis *quinto* ex veriori sententia Lex Anastasiana tam in liquidis quam illiquidis debitis, cum si non major saltem eadem ratio vexationis in illis subsit, locum obtineat. Frantzk, *L. 1. resol. 8. n. 29.* Mev. *P. 9. d. 83.* Carpz. *jurispr. for. P. 2. C. 30. d. 35.* Lauterb. *in tr. Syn. tit. de hered. vel act. vend. §. 2. n. 36.* Brunnem. *ad L. 22. C. mand. & de cess. act. c. 1. n. 13. 52. & seq.* tamen cum cambium sitres celerrimæ expeditionis, favore mercaturæ introducta, plane Anastasiana exceptio huic negotio est inapplicabilis, hac enim in parte naturam emtionis venditionis assumit, & sicuti ibi res emta, carius, vel vilius distrahi potest, ita idem huc ex paritate rationis applicabitur.

§. VII.

Et ut tanto minus hac de re dubium relinquatur, præter JCros Jenenses apud Lynker, *Dec. 462.* ita respondit Inclyta Facultatas Juridica Gissenfis, uti ex subjecto Responso ab Excellentissimo Domino Præside mihi communicato, patet.

RESPON-

RESPONSUM.

Uns Decano, Doctoribus und Professoribus der Juristen-Facultät bey Fürstl. Hessischen Universität Gießen / vorgelegte Facti Species, nebst angehängten zwey Fragen zugeschicket / und wir darüber unser Rechtliches Gutachten zu ertheilen gebethen worden / so haben wir alles mit behörigem Fleiß verlesen / Collegialiter wohl erwogen. Erkennen auf die

Erste Frage :

Ob es Stylus mercantilis sey / dem Kauffmann / Sebern und Indossent der Werels Briefen zu offenbahren / wie hoch solche verhandelt worden seyn / und ob die Inhaber der Briefe nicht Macht haben / solche nach Belieben weiter zu verhandeln?

hiemit vor Recht. Obwohl Hr. Consulent die Werels Briefe von einem andern Kauffmann an sich erhandelt hat / und bekannter Rechten nach Cessionarius antequam efficaciter agere possit, quantum pro nomine dederit, ad præcavendam simulationem demonstrare tenetur.

Sand. *de cess. act. c. 11. n. 12.*

Brunnem. *de cess. act. c. 1. n. 11. 18. § 95.*

Menoch. *de presumt. l. 3. præf. 129. n. 24.*

Lauterb. *in tr. Synopt. sub tit. de bered. vel act. vend. n. 35. cum alleg.*

Ita ut aliquando hac in parte Juramento locus sit.

Sand. *d. l.*

Idque non tantum ad emtionem venditionem, sed etiam ob singularem quam Lex Anastasiana præ se fert æquitatem, ad cessiones ex aliis titulis onerosas factas pertinet.

Mev. de discuss. levam. inop. deb. c. 17. n. 19.

Lenz. de nom. cess. C. 25. m. 3. c. 3. § 4.

einsfolglich auch/ daß Hr. Conf. dazu gehalten seye/ einem
anfahgs wahrscheinlich bedüncken will.

Nachdem jedoch protestirte Wechsel-Briefe/ wie hie
geschehen/so bald zur Execution befördert werden/ lite-
ra enim cambii vel acceptatae, vel debito tempore pro-
testatae moribus hodiernis paratam executionem habent,
ita ut exceptiones altiozem indaginem requirentes, vel
solutionem retardantes, adversus eas non admittantur,

Gait. de credit. C. 2. t. 7. qu. 8. n. 2482. seq.

Scaccia de Commerc. & camb. §. 7. Gloss. 5.

Mev. P. 9. d. 133.

Und solches Recht (frustra diss.

Gait. d. l. n. 2490.

auch dem Cessionario competirt

Card. de Luca in theatr. verit. & justit. tract. de
camb. Disc. 6. n. 10.

Jus enim paratae executionis, quod Cedens habet etiam in
Cessionarium transmittitur.

Coler. de Process. Execut. p. 2. l. 2. n. 30. & 31.

Lenz. de nom. cess. C. 27.

Sand, de cess. act. c. 9. n. 7. & 9.

Ferner (2.) da der Geber und Indossent der Wechsel-
Briefe sich absentirt und von demselben auf keinerley
Art und Weise etwas zu bekommen gewesen / der In-
haber diese verhandelt / und Herr Conf. die Gefahr der-
selben übernommen hat. Dispositio vero L. Anastasiana
cessat, quando cum nomine & actione cessa periculum &
incertitudo exigendi in Cessionarium transfertur, hic
enim, dum de eventu discriminatur, merito aliquod sola-
tium capit.

Mev.

Mev. in discuss. lev. inop. debit. c. 7. n. 28.

Lauterb. in Coll. Th. Pr. tit. de hered. vel act. vend.
§. 62. & 63.

Imo non tantum periculi sed & laboris molestiarum & expensarum ratio habenda.

Mev. d. l. n. 29.

Gabr. Comm. concl. de act. C. 5. n. 35. seq.

Berl. P. 1. d. 33. n. 17. & 30.

Carpz. L. 5. 34. n. 5.

Ohne dem (3.) das Negotium cambiale ein foetus novi-
oris zu seyn/ und eben nach der Richtschnur der Römischen
Rechte nicht abgemessen werden mag/ sondern die dabey
vorfallende Controversien entweder aus speciale Ver-
ordnungen der Obern/ oder Observance der Kaufleute
gemeiniglich decidiri zu werden pflegen.

Card. de Luca d. l. tract. de Camb. disc. 1. n. 7. seq.

Gait. de credito C. 2. 1. 7. n. 1171. seq. 1177. cum mult. seq.

Scaccia de commerc. & camb. s. 1. Qu. 1. n. 316. & Q. 2.
n. 21. seq.

Gail. L. 1. O. 36.

Stryk. diff. de accept. lit. camb. c. ult. §. 3.

Und aber die drey angelegte Sentiments der Kauff- und
Handels-Leute von Franckfurt, Leipzig und Nürnberg/
das dem Stylo mercantili den Cessionarium ad revelati-
onem pretii zuzudringiren allerdingz zu wider sey/ deut-
lich zeigen/ welchen billig bis das Eigenthell erwiesen/
Glauben begemessen wird/

Voogt. de camb. th. 8.

Stryk. d. diff. C. ult. §. 2.

Gail. d. l. n. 12. seq.

solches auch (4.) Favor mercaturæ ut libere peragatur nego-
tiatio & cambiorum permutatio erfordert/ gestalten von
destwegen L. Anastas. in literis cambii non obtinere
Jcti Jeneses apud

Lynker. in Dec. 462.

erkannt

erkannt haben: So seynd wir der Meynung/das welcher die Werel-Briefe an sich gebracht/wie viel er davor gegeben habe/zu reveliren nicht gehalten sey/ sondern selbige an andere nach Belieben wieder verhandeln könne. Die

Zwente Frage:

Ob die Compensation dis facti post sententiam & in executione nicht statt habe/ und absonderlich dasjenige / so noch vi sententia vel judicati zu bezahlen / mit denen Werel-Briefen quæstionis quoad summam concurrentem, und so weit es recht zu compensiren sey?

belangend/ ist zwar nicht ohne/ quod exceptiones peremptoria regulariter ante sententiam sint proponenda.

l. 4. §. 9. C. de except.

auch bekant exceptiones illiquidas nunquam impedire executionem.

Carpz. Dec. 51. & 53.

Die weil jedoch die Prætension aus dem Werel-Briefe liquid ist / und exceptiones, quæ ipso jure extinctam obligationem arguunt, recte in ipsa executione opponuntur.

l. 2. & ult. C. de compensat.

Worunter auch exceptio compensationis, quippe quæ non impugnat sententiam, sed eam potius confirmat

l. 4. C. de Compensat.

cum perinde sit, debitor solverit, an pensaverit

l. 4. qui pot. in pign. hab.

billig gezehlet wird

Struv. cum alleg. ex. 46. th. 9.

Brunn. ad l. fin. C. de compensat.

gestalten diese dergestalt privilegirt ist / ut etiam literis cambii opponi possit.

Carpz. L. 2. R. 102. n. 9. seq.

Stryk, de Caut. Contr. S. 3. c. §. 24.

Lynker.

Lynker. Resp. 171. n. 2.

Struv. Ex. 22. th. 15.

So mag gestaltten Sachen nach die Compensatio in ipsa executione opponirt, und in so weit die Verel. Briefe reviden/ der Geber und Indossent dadurch befriediget werden/ welches alles wir denen Rechten mit Vorbehalt mehr beglaubten Meynung/ conform zu seyn erachten.

Urkundlich &c.

Gießen, mens. Octob. 1710.

§. VIII.

Requiritur Secundo ut jus Cedentis in Cessionarium transferatur, de Jure civili talis procurator in rem suam dicitur, l. 34. §. 55. de procurat. l. 9. C. eod. l. 8. in fin. ff. mandati. l. 8. C. de hered. vel act. vend. l. 2. §. fin. fam. ercisc. l. 24. de minor. qui & nomine suo experiri potest, cuique jus Cedentis competit, atque mandatario simplici opponitur, quia ab hoc mandatum revocari nequit, l. 25. ver- su plane l. 55. de procurat. Vid. Strat. Hamb. P. 2. tit. 7. a. 110 verb. Kein schlechter Mandatarius oder Befehlshaber des Senders des Verel. Briefs besonders daß dieselbe Pfennig ihm gehörig. Bocerus Class. 2. disp. 6. th. penult. Sichard. ad L. 22. n. 2. C. mandati. & cessio vim perpetui contractus habet.

§. IX.

Desideratur Tercio ut Cedens in dorso literarum cambii Cessionarii mentionem faciat, cum enim ipsi juxta Trans-actam in literis cambii expressionem, ab Acceptante solutio facienda, Acceptans alii scienter solvendo non liberatur, nisi de mandato creditoris constaret, l. 34. §. 3. de solut. l. 6. pr. §. 2. de condict. Indeb. l. 11. §. 12. de pact. l. 55. de procurat. neque tamen hic opus est longis verborum ambagibus, sed sufficit, si Cedens inscribat, solvatur Titio an Titium zu bezahlen.

Cajus,

H

potest

potest enim Accepranti perinde esse, an Titius sit mandataris simplex, an procurator in rem suam, sicuti nec qualitatibus summa, uti in §. preced. dictum, ita nec qualitatibus personarum expressio desideratur, idque procedit sive Trassans in literis mentionem fecerit mandati, sive non, vel simpliciter v. g. *zahlet Cajó oder dessen ordre*, scripserit inest enim hoc virtualiter cambiis & non tam ab ipso Trassante quam a voluntate Remittentis, an ipse exigere, an vero literas cambiis aliis exigendas credere, vel cedere velit, uti passim id Ordinationes Cambiales attestantur, dependet, sane si quis se Cessionarium mentitus fuerit & literas cambiis vel per furtum vel per occisionem possessoris nactus fuerit, Acceprans dum huic ignoranter & bona fide solvit; & se & principalem liberat, ac ad dominum literarum sive Cessionarium ejusque heredes hoc damnum pertinet, uti latius demonstrat Rhetius *de versura c. 5. §. 14. p. 7.*

§. X.

Ad validitatem cessionis literarum cambialium requiritur Quarto Dondorf in *dissert. de termino peremptorio solutionis & protestationis cambiorum* §. 53. ut cambiis insertum fuerit vocabulum Commissi. vel Ordre, hoc autem omisso cessionem fieri non posse, sed semper Cessionario exceptionem illegitimationis ob stare, verum sicuti is hoc assertum nude proponit, nulla vero ordinatione, vel juris ratione confirmat, & de jure communi ad cessionem debitoris qualis est Trassans, consensus ad validitatem cessionis minime requiritur, sed illa ipso invito peragi potest, vid. *S. 3. c. 2. supra* ita merito hanc opinionem tanquam singularem, missam facimus, quod enim virtualiter inest, vid. §. preced. illud etsi expressum fuerit, nihil novi tribuit, *l. 32. §. 6. de auro & argento, leg.*

§. XI.

Porro nec omisso dici a Cedente facta cessionem vitabit,

vitiabit, modo enim ex inscriptione hanc factam esse acceptanti vere constet, quo dato ea perfectionem acciperit, ipsi perinde esse poterit, & sicuti ne quidem ipsum cambium ob errorem in die commissum, vel ob eum plane omissum defectu laborat, ita multo minus ad cessionis substantiam hujus expressionem essentialiter expectemus Nicol. de Passeribus *de priv. scriptura* l. 3. tit. de camb. in addit. in fin n. 45. Strymann, *de jure marit.* P. 4. c. 8. n. 48. & seqq. Uffenbach *de protestat. in camb* c. 6. num. 12. Fontanella *de pact. nuptial. clausula* l. n. 7. in fin. gloss. 1.

CAPUT IV.

De Effectibus & contrariis cessionis literarum cambii.

S U M M A R I A.

- §. 1. Effectus natus intuitu Cessionarii, est obligatio, ortus, actio tam directa, tum utilis.
- §. 2. Cum ex cambio neque actio mutui, neque emti venditi oriatur, hinc tales in Cessionarium transmissæ non videntur.
- §. 3. Nec datur contra Trasfentem actio præscriptis verbis.
- §. 4. Non oritur inde actio nominata ex cambio, sed conditio ex moribus, naturam tamen aliarum conventionum, cui proxime accedit assumens.
- §. 5. Literæ cambii annexam tacitam hypothecam non habent. utile vero est expressam hac de re conventionem interponere, vel sidejussores adhibere.
- §. 6. In Cessionarium transeunt privilegia literis cambii annexa, & in concursu is inter privilegiatos referatur, ubi speciale Jus Mag deb. recensetur.
- §. 7. Jus urgendi paratam executionem in Cessionarium migrat.
- §. 8. Beneficium excussionis in literis cambii locum non obtinet.
- In §. 9. & 10. demonstratur exceptionem non numeratæ pecuniæ literis cambii regulariter

lariter quidem, nisi circumstantie, que arbitrio iudicis relinquuntur, aliud suadeant, opponi non posse.

§. 11. Exceptio que Cedenti obijci potest, non recte ab Acceptante Cessionario opponitur.

§. 12. Effectus ratione Acceptantis est, quod is Cessionario & quidem regulariter integram summam, quod falli Hamburgi, solvere & quidem modica aliqua dilatione concessa, teneatur.

§. 13. Casus & limitationes, in quibus sine ulteriori mora statim Acceptator solvere obligatur, in medium adducuntur.

§. 14. Ad solutionem adstringitur Acceptans, quamvis Transiens facultatibus labatur, vel is mandatum revocaverit.

§. 15. Quoties litera cambii non acceptantur, vel acceptate non solvantur, toties ad-

versus Cedentem vel Transientem Cessionario regressus competit, ubi tamen Ordinationes variant.

§. 16. Differentia inter cessionem actionum & literarum cambii late adducuntur.

§. 17. Ut efficaciter conveniri possit Cedens vel Transiens a Cessionario, quo diligentiam in acceptando adhibeat, itemque si acceptatio denegetur, protestum interponat, requiritur.

§. 18. Quoties post acceptationem terminus solutionis preterlapsus, itidem Protestatio a Cessionario facienda & quando id fallat.

§. 19. Quid obineat, si mutatio monete intercedat.

§. 20. An iidem effectus quoque, literis cambii, ob perdita in lusu datis, recte attribuantur.

§. 21. Contraria breviter continet.

§. I.

Effectus aliter ratione Cedentis, aliter respectu Acceptantis considerantur, quod Cessionarium attinet, in eum primo jus ipsius Cedentis transit, adeoque effectus natus erit obligatio, incipit enim tunc debitor literarum perinde ei obligari ac Remittentii, l. 74. §. f. b. l. 4. de hered. vel act. vend. l. 7. §. 8. C. eod. l. 13. C. de Leg. l. 55. ff. §. L. 9. C. de procurat. Struv. Ex. 23. tb. 79, ex jure enim cesso experitur, adeoque

adeoque & illud in Cessionarium transire debet, & ideo etiam Procurator in rem suam vocatur. Stat. Hamb. P. 2. r. 7. a. u. l. 23. de hered. vel act. vend. l. ult. C. ff. ff. c. s. Ortus deinde de Effectus est actio adversus debitorem vel Acceptantem competens. L. 6. de O. & A. l. 1. C. de oblig. & act. l. 3. C. de novat. & deleg. & quidem quod Jus Romanum spectat, Cessionarius actionibus directis Cedentis, utilibus proprio nomine experitur. L. 5. C. de hered. vel act. vend. l. i. in fin. de O. & A. quae actio utilis non ex cessione, sed ex speciali D. Pii constitutione vitam trahit. l. 16. de pact. l. 1. 7. & 8. C. de hered. vel act. vend. l. 2. C. de O. & A. l. 5. de prator. stipul. l. 18. §. ult. de damno infecto: Struv. Ex. 7. sb. 26. Sand. de cess. act. c. 8. junge Brunnem. de cess. act. c. 5. n. 2. & seq.

§. 11.

Est quæris, quænam actio a Cedente in Cessionarium transmittitur & quomodo ea vocatur? Hic in partes abeunt Interpretes; Alii enim inde mutuum efficiunt, quia hic accipis pecuniam ut alibi tantundem restituas, neque diversitas loci mutat naturam mutui. L. 7. de eo, quod certo loco Scaccia de cambi. §. r. qu. 7. P. 1. n. 20. Molina de just. & jure Tom. 2. tit. de rebus per usuras acquirendis n. 6. quod multo magis obtinere videtur, quando cambium in propriam ipsius Transantis personam est directum, ibi enim mutuum latitare plerique volunt: Verum hæc sententia propterea applausum non meretur, quia mutuum nunquam sine actuali rei fungibilis interventu contrahitur, pr. Infit. quib. mod. re contrab. oblig. sæpe autem cambium, nec mutui natura augmentum admittit l. 11. §. r. de reb. cred. utiq; vero cambium, Caj. de cambi. c. 2. n. 3. late Turri disp. 1. qu. 7. per tot. porro in cambio pecunia lata non semper Accipientis, sed sæpe dantis causam respicit Jcti Lipsienses apud Stryk. de Accepi. lit. cambi. c. 2. §. 6. quibus consentit Sotus de just. & jure

H 3

l. 6. qu. 8.

l.6. qu.8. art.2. & aliquo modo Scaccia de camb. §.1. n. 21. & seq. Inde alii emtionem venditionem efficiunt, forte quia aliquando consensus de re & pretio intercedit, sed & hoc aliis merito displicet, nam aut loquimur de cambio stricte tali? Et ad illud distantia loci desideratur, ut quod hic promittitur, alibi solvatur, vel in propria persona, & quia ad essentiam hujus spectat, non ut statim, sed ut congruo aliquo intervallo, quod in literis exprimi solet, detur, deinde spe numerandæ pecuniæ aliquando cambium contrahitur, et si nunquam actualis numeratio intercesserit, tunc utique pretium deficit, quod tamen nunquam ab emtione venditione abesse potest, *pr. Instit. de emt. vend.* Porro sufficit, si venditor habere licere præstet *l.11. §.1. de act. emt.* At in cambio dominium pecuniæ omnino transferendum, quia alias ea Transanti minus utilis foret, ut taceam non satis commode dici posse pecuniam, quia mediante omnes res æstimantur, quæque æstimationem in se continet locum mercis obtinere, *L.1. de cond. tritic. late Turri de camb. disp. 1. q. 8. per tot.*

§. III.

Ergo in eo ut plurimum conveniunt Interpretes, esse contractum innominatum do ut des, indeque oriri actionem præscriptis verbis, dare enim Remittentem pecuniam Transanti ut is vicissim vel per se vel per alium, hic vel alibi det, in quo contractus innominati natura consistit, *Struv. Exerc. 25. tb. 39. & seq. Mev. P. 9. D. 132. n. 1. Scaccia de camb. §.1. qu. 4. Lauterb. de præscript. verb. Corollar. 2do. Hahn. ad Wesenb. d. t. p. 680. Stryk. de cautel. contr. §. 3. c. 5. §. 7. Schöpffer. tit. de præscript. verb. n. 14.* Verum ut ut a Jctis tanti nominis dissentire religio sit, Multa tamen sunt, quæ huic sententiæ opponiqueunt, & quidem primo quod omnis contractus innominatus semper initium capiat a datione vel facto *L. 3. §. 2. L. 5. de condit. caus. dat. L. 7. §. 1. de pact. L. 1. §. 2. & L. 3. de rer.*

de rer. permut. ex cambio vero etsi pecunia non intercesse-
rit, sed saltem promissa fuerit, nascatur obligatio, secundo
nunquam contractus innominatus do ut des sine interven-
tu rei celebretur, *L. 5. §. 2. L. 7. §. 24. de prescript. verb.* Atq;
quid si mihi donaveris literas cambii, quis hic cambiali ob-
ligationi aliquid detrahet? & tamen a parte mea nulla res,
ne dicam pecuniæ numeratio, intercessit, accedit tertio,
quod in contractibus innominatis sit locus pœnitentiæ, an-
tequam negotium implementum acceperit *L. 5. pr. ff. de con-
dict. caus. data caus. non secuta*, quæ tamen in materia cam-
biali cessat. Nicol. de Passer. *de prin. script. L. 5. c. 7.* neque
enim Ego, qui dedi tibi pecuniam, ut literas cambii in alio
aut hoc loco solvendas præstes, antequam literas tradide-
ris, pecuniam meam a te repetere possum, uti bene Turri
*disp. 2. qu. 10. per tot. Marquard. de jure mercatorum L. 2. c. 12.
n. 13. Rhetius de Versura* (cujus sententiam tamen non in o-
mnibus approbo) *c. 5. tb. 8. Stypmann. de jure maritimo L. 4.
c. 8. n. 96. §. seq. Scaccia de commerc. §. 2. gloss. 5. n. 447.*

§. 1 V.

Dantur noviter alii, qui ex negotio cambiali specia-
lem actionem, quam *ex cambio* vocant, oriri statuunt, inter
quos recensetur Voogt *de cambiis p. 192. Rhetius de Versu-
ra c. 5. tb. 12. in fin. Turri d. qu. 10. n. 17. §. seq. Gualth. de camb.
tb. 11. Zipffel. de resser. collyb. s. 7. §. 12. §. 13.* idque ideo, quia
creditur contractus nominatus, unde actio nominata &
propria propter principium obligandi, quod in Juris com-
mutatione consistit oritur, quodque expresse Magistratus
Genuensis ex cambio hanc actionem dederit, & ea res ap-
probationem quoque a pluribus Imperii Principibus ac-
ceperit: Sed etsi hæc sententia multum ponderis habeat,
tamen inde valde dubia redditur, quia cambium varie per-
ficitur, & non ut autores illi autumant tantum in literis
alibi

alibi directis, sed etiam uti supra demonstratum dedimus, in propriam ipsius Transantis personam dirigitur, & cambium manuale est utique cambium, ex quo tamen specialem aliquam actionem non concedunt, ea vero quæ varie perficiuntur, ordinariam vel certam & nominatam aliquam actionem vix producere possunt; deinde non est questio, an legislatores certam & nominatam actionem ex cambio dare, eamque voce hac insignire possint, nemo enim facile superioris potestatem in dubium vocabit, sed an ullibi talis legislatio exister, nam Gualtherus confidenter nimis de Genuensibus ex Turri id attestatur, cum tamen idem Autor *qu. 10. n. 19. & seq.* Genueses dedisse quidem ex cambio actionem, non vero, quod hæc *ex cambio* ibidem vocetur, asserit, certe aliud est ex negotio dare actionem, aliud, nominatam inde oriri actionem, ex consuetudine approbata oritur actio, nec tamen ita nominata est, & actio consuetudinis dicitur, ex pacto, deliberato animo inito, moribus hodiernis propter stipulationem interpretativam nascitur actio, sed illa male diceretur actio pacti, vid. Struv. *Ex 18. lb. 38.* Porro cambia Jure Romano (cui divisio pactorum nominatorum & innominatorum debetur) incognita, & fœtum posterioris ævi fuisse, sensimque cœpisse, usque inter mercatores recepta, approbationem vero a tota ferme Europa tandem acceperit, noto notius existit, imo uti bene Gualth. *d. l. lb. 3. lit. c. & d. demonstr.* in Borellus *in summa decisionum P. 2. tit. 23. n. 74.* consuetudinem cambii etiam ad Asiæ & Africae emporia extensa fuisse, qua de re late agit Savary *im vollkommenen Kauffmann.* adde Turri *disp. 1. qu. 3. & 4.* Si igitur Principes hunc morem confirmarunt, non dederunt cambiis esse, sed essentiam, quam habuerunt, declararunt. Sicuti igitur ex jure, quod per consuetudinem cœpit, non actio quædam nominata, sed saltem
condi-

condictio ex moribus datur. Struv. *cit. loco*, ita eandem quoque huic negotio applicabimus, ita tamen ut quatenus cambium modo emtioni venditioni, modo contractui in-nominato, modo alii conventioni magis vel minus accedit, ita quoque hæc actio ratione naturæ suæ modificationem quandam accipiat. vid. Celeberr. Dn. Præs. *diff. de jure Affecurationis. S. 1. §. 6.* jung. Stryk, *de accept. lit. camb. C. 4. num. 101.*

§. V.

Nequē tantum illa actio principalis, sed & accessoria puta hypothecaria, vel ex stipulatu adversus fidejus-forem competens in Cessionarium transit. *L. 6. de hered. vel act. vend.* Brunnemann, *de cess. act. c. 4. n. 76.* nihil e-nim vetat majoris securitatis gratia, etiam in literis cam-bii mediante hypotheca vel fidejussione sibi prospicere, periculum enim est ne mercatores, quorum fortuna mu-tabilis, solvendo esse desinant. *L. 35. in fin. de neg. gest. L. 17. de hered. petit. L. 11. si quis caut. in jud. sist.* quovis ita-que modo securitati prospicere licet: dico conventio-nem de pignore, nam tacita hypotheca jure communi hac in re penitus incognita existit, nisi forte consuetudines & sanctiones locorum particulares aliud determinant, uti in civitatibus Mediolanensi & Avenionensi constitutum esse perhibet, Nicol. de Passer, *de priv. script. L. 3. quest. 2.* Speciale quoque est in Ord. Nova Camb. Hamb. *art. 46.* dum Acceptanti in bonis Transantis penes eum repertis, casu quo concursus creditorum excitatur, hypotheca specialis cum jure prælationis ante alios creditores con-ceditur add. *Jus Camb. Lips. A. 43. pr. Instit. de fidejuss. arg. §. 10. ad Sct. Turpill. Gait, de credito c. 2. tit. 7. quest. 6. num. 2236. Gualth. de camb. th. 12.* solet etiam fidejussor lite-
ris

ris cambii in majorem fidem subscribere. Turri *disp.* 1.
94, 17. num. 1.

§. VI.

Huc porro spectat, quod in Cessionarium transeant omnia jura & privilegia, ipsis literis cambii annexa, *arg. L. 34. pr. de Legat. 3. Covarruv. L. 3. var. resol. c. 4. num. 8. Surdus de Aliment. tit. 8. privileg. 55. num. 6. Salgado in labyrintho Creditor. P. 1. c. 26. §. 1. num. 10. Junge Mev. P. 7. D. 5. Igitur, sicuti communiter literis cambii, inter privilegiatos chirographarios, locus assignatur, & præchirographariis simplicibus Jus prælationis conceditur. Carpz. L. 2. resp. 9. Stypmann, de jure maritimo & naut. c. 4. n. 8. & ult. Struv. Ex. 25. th. 45. ita eodem jure hanc præferentiam Cessionarius prætetendat, singulare tamen est, quod in Ord. Camb. Magdeburg. art. 33. hypothecæ cambiali, multo magis itaque cambio, jus prælationis ante chirographarios denegetur *in verb. und gleichwie die gerichtl. Obligationes, wann sie unsern Magdeburgischen Landes Ordnungen und denen Rechten gemäß eingerichtet sind/ in concursibus creditorum den Vorzug behalten/ also wollen und ordnen wir hiemit/ daß da hingegen diejenigen Wechselbriefe/ welche clausulam sub hypotheca bonorum in sich halten/ nach dieser unser Wechsel Ordnung vor andern Wechselbrieffen in concursibus keinen Vorzug und Prælation haben sollen/ sondern solche müssen (wann sie sonst den ordentlichen Stylum cambiale haben) mit allen andern Wechselbrieffen und Chirographischen Schulden gleiches Recht haben. Dixi realia ipsis literis cambii annexa, nam jura personalia ipsi personæ tributa in Cessionarium non transeunt, ita enim privilegium fori, quod miserabilibus personis conceditur, ut**

tur, ut immediate coram Principe causam tractare possint *L. unic. quando Imperat. int. pupill. &c.* in quemlibet Cessionarium non transibit, sed iudex competens erit ad eundem, de quo vid. Stryk. *de accept. lit. camb. c. 5. §. 2.* Gualth. *de camb. tb. 8.* jung. Brunnem. *de cess. act. c. 4. num. 83. & seq.*

§. VII.

Ad Effectus potissimum pertinet parata executio, literis cambii ubivis locorum concessa, modo debite ab adversario recognitio (quæ quomodo fiat, vid. Gait. *d. l. num. 2754. seqq.*) intercesserit, *Rec. Imp. de Anno 1654. §. als auch in den Handels-Städten.* Stat. Hamb. P. 2. tit. 7. art. 7. & 9. Ord. Camb. Magdeb. a. 4. Ord. Camb. Francof. de 16. 1676. a. 2. adeoque exceptiones altiore indaginem requirentes (& quidem secundum Ord. Lips. Art. 13. etiam ex, quæ alias Instrumentis guarentigiatis opponi possunt) non admittuntur, sed ad separatum processum rejiciuntur, *Mev. P. 9. d. 133.* Scaccia *de camb. §. 7. gloss. 5.* Gait. *de credito c. 2. n. 2482. & seq.* Nicol. de Passer. *de priv. script. L. 3. qu. 6.* Stryk. *de accept. lit. camb. c. 5. §. 18.* nec mirum, respicit enim hoc negotium principaliter mercatores, quibus mora & periculosa & maxime damnosa esse potest. *Mev. d. l.* quare cum locum cedentis occupet Cessionarius ac in hunc omnia jura illius transferantur, literæ quoque cambii per mutationem personæ non alterentur, sed suam naturam retineant, cur huic Gait. *d. l. n. 2490.* paratam executionem deneger, non capio eaque parata executio adversus omnes tam Scribentem, Remitentem, quam Acceptantem, casibus evenientibus conceditur. Ord. Nov. Camb. Hamb. a. 2. 29. 30. 37. Ord. Pruten. a. 1. 28. & 29. Stryk. *d. l.*

§. VIII.

Hinc exulat primo in fidejussore exceptio ordinis
 five excussionis, quia consideratur, ut primus ex cambio
 debitor, & tacita renunciatio semper subesse creditur,
 adeoque *Nov. IV. c. 1. auct. presente C. de fidejussor. ad*
negotium cambiabile applicari nequit, nam ideo merca-
tores fidejussores acceperunt, quia longa lite fatigari, vel
ab una persona ad aliam circumduci nolunt, ne interea
dum parata pecunia indigent, fides eorum labefactetur,
Colerus de proc. execut. P. 1. c. 1. Bacchov. ad Treutl. Vol. 2.
disp. 28. tb. 5. lit. c. & d. Berlich. P. 3. concl. 24. Scaccia de
commerc. §. 1. qu. 7. P. 3. limit. 17. n. 8. Turri disp. 1. quæst. 17.
Mev. ad Jus Lubec. L. 3. t. 5. a. 1. Struv. Ex. 25. tb. 45. quam-
vis enim Carpzov. P. 2. constit. 18. def. 7. & in L. 2. Resp. 74.
num. 9. Graveus L. 2. concl. 27. confid. 5. num. 7. Fabricius
ad Gallium L. 2. O. 27. §. 5. & 6. Finckelthaus. O. 96. Frantz.
L. 1. resol. 12. num. 59. Fachin. L. 8. controu. 53. in causis
mercatorum tunc cessare beneficium ordinis, quando
creditor & fidejussor sunt mercatores, statuunt; tamen
restrictionem illam in materia cambiabili vix ac ne vix ad-
mittemus, præsertim cum spectando utilitatem Translan-
tis, nostri creditores argentariis, quibus integrum fuit
præ Principali fidejussorem convenire. Nov. IV. cap. ult.
in fin. non incongrue comparentur, deinde prædictæ ra-
tionibus in utroque casu concludunt, quique hanc con-
ventionem iniri, illam celerrimæ expeditionis esse scit,
adeoque exceptionibus remoram creantibus uti non pot-
erit, ut taceam, quod quoad effectum literarum cam-
bii, ordinationes inter mercatores ac alios quoslibet dif-
ferentiam facere non soleant. Ord. Magdeb. a. 4. Stryk.
de accept. lit. camb c. 5. §. 11. num. 44. consentit Statutum
Geneuse L. 4. c. 10. de societate live ratione mercatorum §.
ult.

ult. & Capitula cambiorum urbis Bononia his verbis:
Et perche occorro alle vostre, che aleano che da denari a cam-
bio, lo fa con haver secorta, la quale sotto scrive, la seconda
o la terza di cambio come si costuma in tutte le piazze; pe-
ro dichiara che quando la prima lettera ritornasse recusata,
o non pagata con il protesto il creditore possa così agere con-
tra colui che havera sotto scritta la seconda o terza di cam-
bio, come contra il principale che l' havera fatta come a lui
piu piaccra, & senza a suo pregiudicio contra l' altera parte:
& tutto quello che si e detto del fare effecciono contra il
principale, s' intende parimente detto del sotto scrivente,
non ostante cosa alcuna in contrario. Unde scri-
bit Nicol, de Passer. in addit. ad qu. 6. n. 9. literis cambii
ab uno ex sociis acceptatis aliorum nomine, etiam
hunc socium Acceptantem dissoluta societate in soli-
dum teneri.

§. IX.

Succedit vulgaris sed satis controversa quaestio: an
exceptio non numerata pecunia literis cambii recte op-
ponatur? Quae, ut obiter moneam, non de Acceptante,
qui ad mandatum Trassantis literis satisfecit, nam quin-
huic actio adversus Trassantem et si Remitens ei pecu-
niam non solverit, regressum habere queat, res dubium
nullum habet, imputet enim sibi mandans, quod manda-
tario hac de re in tempore certiore non fecerit, arg.
§. 10. Instit. de mandato. Lauterb. Colleg. Th. Pract. tit. de
reb. cred. §. 20. Lyncker, ad Struv. Ex. 16. 1b. 12. Sed de ca-
su, quo Acceptans certior factus de solutione quidem pro-
missa, sed nondum praestita, hanc opponit, item quando
elevato protesto (uti barbare loquuntur) hic regressum
adversus Trassantem instituit, intelligi debet; Sane si ren-

ex principiis juris communis decidere vellemus, Affirmati-
va utique prævaleret, quia hæc exceptio etiam instru-
mentis guarentigiatis recte opponitur. Carpz. *l. 2. resp. 81.*
Struv. *Ex. 15. tb. 62.* Deinde non est hæc exceptio de a-
picibus juris, sed in pura & mera æquitate consistit, ad-
modum autem durum foret, solvere id, quod quis nun-
quam accepit, & ratio Carpzov. dissentientis *L. 2. R.*
95. num. 5. item in *Jurispr. For. P. 1. c. 32. D. 69.* interest
ipsorum mercatorum statim in promptu pecuniam ha-
bere, nimium, adeoque nihil probat, ita enim nulla
exceptio mundi mercatoribus opponi posset, deinde
argumentum illud non aliter procedit, quam si salva
æquitate & justitia ab alio pecunia exigi queat, idque
sive valuta inseratur literis cambii, sive non, quia hæc
spe numerandæ pecuniæ exprimi solet, itaque senti-
unt. Stracha *de mercatoribus tit. quomodo in causis mer-*
catorum procedatur §. de exceptionibus n. 9. Rota Genu-
ensis *Dec. 26. n. 3.* Richter. *D. 21. n. 24.* Brunnem. *ad*
L. 5. C. de non-num. pec. Lauterb. Exerc. 22. concl. 15. add;
eund. in tr. Synopt. tit. de reb. cred. §. 3. n. 7. & seq. &
utique falsa est Magni alicujus Jcti ratio exceptionem
non-numeratæ pecuniæ saltem in mutuo obrinere,
cambium vero mutuum non esse, cum tamen, eam
ad omnem contractum, ubi quis spe futuræ numera-
tionis rem fungibilem se accepisse falsus est, obrinere
evidens & in confesso sit *L. 14. pr. & §. 2. C. de non-num.*
pec. Zinger. de except. P. 3. C. 14. num. 3. Christin. Vol.
3. Dec. 37. n. 9. Lauterb. d. l. n. 8. Struv. Ex. 15. tb. 52.

§. X.

Interim Statuta multorum locorum in literis cam-
bii exceptionem hanc rejiciunt, Ord. Camb. Francof. *de*
A. 1606.



A. 1666, a. 15. Ord. Camb. Bresl. a. 1. Ord. Norib. §. Sechstens
ita expresse in Ord. Prut. nulla omnino exceptio adversus
litteras cambii admittitur. vid. a. 7. verb. auf Verfallzeit
sonder einige Exception zu bezahlen consentit jus Camb.
Magdeb. art. 1. ibi: Wann ein Wechselbrief/ so von einem
andern Ort gezogen ist/ acceptiret worden/ selbiger zur
Verfallzeit ohne einige Exception bezahlet werden
müsse / & art. 4. ibi: alsofort zur Bezahlung angelan-
get und keine Exceptiones weder dilatorix noch perem-
torix dagegen verstatet. Unde Mart. Voogt. *tr. de camb.*
ib. 7. lit. c. p. 117. & seq. multorum mercatorum testimoniis
hanc exceptionem post acceptationem exulare, compro-
batum dedit, junge Marquard. *de jure mercat. L. 2. c. 12.*
n. 82. Mev. *Consil. 201. n. 3. usque 15.* Et certe cum materia
cambialis in Jure Romano sedem non habeat, sed post il-
lud introductum, uti supra monitum, prius vitam acce-
perit, propriaque sua natura constet, insuper in *Rec. Imp. d.*
40. 1654. §. 107. non tantum iis paratissima executio &
quidem intra quatuor horas, vel pro diversitate ordina-
tionum paucos admodum dies concedatur, verum etiam
arbitrio judicis ad instantiam creditoris, vel praestita cau-
tione aut ea omissa executionem facere, relinquatur, de-
mum creditorum singularis ibidem ratio habeatur, ne sc.
honor eorum vel fortuna saepe ex malitia debitorum ex-
ceptiones ejusmodi opponentium periclitetur. *d. Rec.*
ibi: so lassen wir es auch damit die Creditores, nicht
dfferes aus bloßer Wiedersegligkeit der Schuldiger
nicht allein die Schuld selbst/ sondern auch um als
len Credit, Ehr und Nahrung gebracht werden/ dabey
dergestalt verbleibend/ daß in solchen Wechels/ Fällen
ic. Hinc non improbabilis sententia Martini Voogtii vi-
detur, quam sequitur Struv. *in Dec. Sabb. C. 13. D. 31.* Ber-
lich.

lich. P. 2. D. 294. Stryk, *de Accept. lit. camb. c. 5. §. 11. n. 36. & seq. cum alleg. ibid.* Quicquid sit Ego non omne arbitrium iudicis hac in re excluderem, quid enim si remittens non solvendo foret & cautionem præstare non posset, ita ut in puncto reconventionis inanis futura esset actio? quid si etiam intra terminum solutionis aperitissime spem numerationis sibi factam, non vero solutionem subsequutam esse, demonstrari posset? Certe hic durum foret, ad præstationem ejus cogere debitorem, quod alio iudicio conventus creditor statim restituere teneretur, *Cap. Abbate X. de re jud. & ideo etiam Rec. Imp. cit. loc. multum hic arbitrio iudicis commisit, ibi: daß in solchen Werels; Fällen dem Richter erster Instanz unbenommen seyn soll / ohngehindert einiger Appellation oder Provocation NB. nach der Sachen Befindsund Ermäßigung / entweder mit oder ohne Caution derer Gläubigen die Execution zu vollziehen.* add. Stryk. *de cant. contr. S. 3. c. 5. §. 10.* & huic sententiæ quoque favet *Ord. Camb. Lips. a. 13.* ubi exceptio hæc, si in continenti per confessionem partis adversæ vel ejus propriam manum demonstrari queat, admittitur, quod æquissimum est.

§. XI.

Illud acriter disceptatur, an exceptio, quæ poterat opponi Cedenti s. Indossanti, etiam recte Cessionario, s. Indossatario, ut vocant, objiciatur? Itidem hic quando secundum Jus Romanum procedimus, res clara est, cum enim Creditor non sub alia qualitate, quam sub qua jus exigendi debitum habuit, illud in Cessionarium transferre queat. *L. 54. de R. J. L. 60. de acq. rer. dom.* jus debitoris utique per cessionem factam deterius fieri nequit, idque

que sine ulla distinctione, sive Cessionarius directa sive
utili actione utatur, & cessio ex causa onerosa s. lucrati-
va facta fuerit, procedet, modo exceptio realis non per-
sonalis sit, nam rei coharens in quemcunque possessio-
rem transit, *L. 7. pr. & §. 1. ff. de except.* Frantzk. *L. 1. resol.*
13. Sande de *cessione actionum c. 13.* Brunnem. de *cess. act.*
c. ult. n. 2. Struv. *Ex. 21. tb. 25.* Sed & hic in literis cam-
bii secus esse arbitraret, partim quia debita ejusdem cum
aliis qualitatis non sunt, & si essent, alia plane ratio in
Cessionario, cui Acceptans mediante acceptatione tan-
quam Constitutarius vel fidejussor, noviter solutionem
promississe censetur, vid. §. sequentem, adeoque & ad-
versus eum actio constituti, vel ex stipulatu locum ha-
bere poterit, neque convenit ut negotium cambiiale,
quod boni publici gratia constitutum est, facile impe-
diatur, ac Cessionario aliqua remora ex persona aliorum
creetur, idque eo magis locum habebit, quia etiam in ces-
sione onerosa, hodie regulariter quod Praxin attinet
exceptiones, ex persona cedentis cessare, plerique docent
Interpretes. *Mev. P. 4. D. 140. P. 8. D. 486.* Carpzov. *P. 2.*
D. 255. Lynck. in *Analect.* ad *Struv. Ex. 21. tb. 25.* Hinc quam-
vis Cedens tuus Acceptantis debitor fuerit, tamen Tu post
factam acceptationem ex persona ejus beneficium com-
pensationis ob datas supra rationes, mihi Cessionario op-
ponere non poteris, accipiando enim simpliciter isti juri
renunciassse videris, & ante acceptationem mihi nullatenus
obligaris, proindeque frustra de compensatione qua-
ritur. At inquis compensatio operatur ipso jure *L. 2. §. 8. &*
ult. de compensat. adeoque obligatio ex literis cambii jam
tum ante cessionem erit sublata, ac proinde nihil revera
in Cessionarium translatum esse dici potest, respondet
Mev. cit. P. 4. D. 140. eam operari sublationem a tempore

K

oppositi.

oppositionis, adeoque subesse adhuc debitum cessibile.
Aft Ego agnosco veritatem hujus objectionis, quia oppo-
sita semel, retro operatur compensatio, Struv. d. Exerc. ibi
25. Dico itaque hanc effectum suum sortiri adversus eum,
qui simul debitor est, non tertium, qui mihi nihil debet, ut
hic est Cessionarius, L. 18. de Compensat. deinde aliud esse
in cessione Obligationis simplicis, aliud in cessione litera-
rum cambii, utpote quæ secundum regulas Juris civilis non
tam exacte mensurari potest, nam hic acceptando de no-
vo se debitorem agnovit, ac Cessionario solutionem pro-
misit, adeoque postmodum ex persona alterius excep-
tionem obmovere non poterit. Illam tamen ex *Mev. cit. loco*
exceptionem admitto, si nimirum Cedens jam tum ab Ac-
ceptante ante cessionem Judicio pulsatus, vel ei compen-
satio objecta fuerit, & solutionem consequi non potuerit,
tunc enim dolosæ alteri facta cessio videtur, ita enim favor
literarum cambii est extendendus, ne simul in litibus indul-
geamus. Sane quin ipsi Cessionario compensatio proprii
debiti opponi possit, nullus dubito, vid. Ord. Liph. 4. 13. &
Respons. C. 3. S. 7. allegatum.

§. XII.

Effectus ratione Acceptantis est, quod hic post acce-
ptionem factam, vel illico, vel tempore destinato ela-
pso solvere teneatur, est enim hic loco principalis debito-
ris & perinde ac Transiens tenetur, seque firmiter ad satis-
faciendum Cessionario, dum acceptat, obligare creditur,
quod Ordinationes omnium locorum comprobant, vid.
Stat. Hamb. P. 2. tit. 7. a. 1. ibi: Wer einen Wechselbrief
acceptirt / der wird Debitor oder Selbst-schuldiger so
wohl als der das Geld selber aufgenommen / und em-
pfangen hat. vid. Ord. Nov. aCmb. Hamb. art. 5. Ord.
Liph.

Lipf. art. 13. acceptasse autem dicitur, non saltem, si, ut communiter fieri solet, literis subscripserit, v. gr. accipit, sed etiam si eas post lectionem non contradicens inter sua puta in Filicia reposuerit, unde nec postea poenitentia locus est. Nicol. de Passer. de priv. script. L. 3. de camb. n. 81. § art. 6. Ord. Nov. Camb. Camb. Illud tamen plerumque observatur ut elapso tempore, non statim cum sacco paratus adsit Cessionarius, sed modicum aliquod tempus indulgeatur Acceptanti, quo solvere possit. L. 105. ff. de solut. Vid. infra §. 18. Et quidem praestatio integrae summae regulariter facienda, quia particularis solutio plura, praesertim apud mercatores & viatores post se trahere solet incommoda L. 3. famil. exercise. Sicuti vero Jure Romano volente creditore particularis solutio admittitur, §. 2. quib. mod. toll. oblig. ita quoque Cessionario eandem acceptate integrum relinquitur Ord. Lipf. a. 17. vers. Solte auch ein Acceptant verb. so steht zwar dem Inhaber des Briefes frey solches anzunehmen consentit Ord. Magdeb. a. 27. Aliud tamen Legislatoribus Nostris placuit, qui eidem necessitatem acceptandi partem oblatam imposuerunt, Nov. Ord. Camb. art. 33. verb. Da auch auf einen Wechselbeifam Verfall: Tage die Helffte oder ein Theil dessen nur bezahlet würde / so ist der Einhaber schuldig / solches anzunehmen / wenn er keine expresse contra - Ordre hat / von dem Rest aber muß er alsdann protestiren / und / wie oben im 32. Art. gemeldet / verfahren. Cujus ratio forte in eo residet, quia utile hoc est Cedenti veletiam literas Traffanti, ne forte postmodum dum Acceptans debitor v. gr. concursus creditorum patitur, hi nihil accipiant, sicque in duplici damno constituentur. Caute quoque mercatores partem solventes agunt, si summam solutam literis

teris cambii subscribant, aliis enim cum solutio sit facti, literæ cambii vero paratam executionem habeant, Transiens bis idem, rejecta, ob difficultatem probationis, exceptione solutionis ad ordinarium, solvere teneatur, quod sæpe contigisse præjudicio confirmat Dondorf. *in diss. de term. peremt. Et. S. 89.*

§. XIII.

Quod si vero nullum certum tempus literæ cambii contineant, sed a Vista conceptæ fuerint, etiam tunc dies discretionis cessabunt, & merito, foret enim alias id iter faciuntibus maxime detrimentosum, si hi propterea tam diu in loco subsistere & solutionem expectare tenerentur, idque diserte quoque constituit. Ord. Magdeb. *art. 10.* Sed vid. tamen Ord. Nov. Camb. Hamb. *art. 26.* Porro si post tempus in literis cambii expressum illæ prius obveniant Cessionario, vel ejus presentanti juxta eandem Ordinationem *art. 12.* Acceptans intra 24. horas solvere teneatur, nec hoc incongruum erit, cum dies discretionis jam tum sint præterlapsi. Amplius literæ cambii quæ in propriam ipsius Transantis personam diriguntur, elapso tempore præcise solvendæ, nec ulla ulterior dilatio ei conceditur. Ord. Magdeb. *art. 8. in fin.* da ferner jemand einen Wechsel auf sich selbst gestellt / so muß er denselben auf den Verfall Tag zahlen / und kan Ihm darunter kein Respic-Tag verstatet und eingeräumet werden. Ratio differentiarum in eo resider, quod hic jam diu terminum adventare cognoverit, adeoque ad solutionem se præparare potuerit, Acceptanti autem sante presentationem literarum, has in suam personam directas esse ignotum esse queat. Denique est & illud speciaie in Ord. Nov. Camb. Hamb. quod literæ cambiales, quas vocant in Banco, qua-

co, quarum dies ultimo Decembris vel paulo ante venit, sine ulteriori mora, ante clausam Bancam solvi debeant. Vid. *a. 24.* verb. **Werkbriefe** in Banco, so auff ultimo Decembr. oder einige Tage vor demselben verfallen/ sollen vor Schließung der Banco bezahlet werden/ ohne weitere Discretions/ Tage zu genießen/ und was am ersten **Werkel/** Tage nach ultimo Decembris gewöhnlicher Banco - Schließung seine Richtigkeit noch nicht hat/ soll alsdann protestiret werden. Pari modo id quod superest tempus tantum conceditur Acceptanti, quando postquam venit dies solutionis, literæ cambii prius Hamburgum delatae sunt, *a. 20. d.* Ord. Nov. quando vero literarum cambialium terminus post clausam Bancam cedit, ea rursus aperta, non nisi residuum tempus discretioni datur, quod clarius definit *art. 25. d.* Ord. Hamb. Ein **Werkbrief/** so bey geschlossener Banco verfallen/ hat nach wieder Eröffnung der Banco nicht mehr Discretions/ Tage zu genießen/ als noch übrig seyn würden/ wann die Banco offen gewesen/ ausgenommen die am 1. 2. oder 3ten Januar. verfallen/ deren Bezahlung/ wann sie am 3ten **Werkel/** Tag/ nach Eröffnung der Banco nicht gefunden / alsdann davon protestiret werden muß. Locus solutionis vero est domus Acceptantis, nisi quod Judæi Christianis pecuniam, ubi commorantur, solve-re obligentur. Ord. Lips. *a. 12.*

§. XIV.

Ex prædictis facile pater, quod quamvis Trassans post acceptationem facultatibus labatur, Acceptans nihil omni- nus quantitatem literis cambii insertam etiam ex propriis solvere obligetur, perinde enim ut principalis debitor tenetur & suam pro Trassante fidem interposuit, imo ha-

betur pro tali qui ipse pecuniam accepit, proinde æquum quoque est, ut ad restituendum teneatur, quod diserte factis *art. 1. Stat. Hamb.* comprobatur, habet enim, quod sibi imputat, cur simpliciter acceptaverit, sicque vel mediante constituto aut stipulatione, sed ad solvendum obligaverit, jung. *L. 22. §. 11. §. 15. mandati l. 39. C. de transact.* adeoque respectu Cessionarii non est simplex mandataris, sed debitor principalis, consentit *Ord. Magd. n. 20. & Ord. Lips. a. 4.* hancque sententiam tuentur *Mev. Consil. 101. n. 12. Nicol. de Passer. de Scriptura privata l. 3. quest. 45. Alphonsus de Olea tr. de cess. jur. §. act. tit. 7. q. 3. num. 45. idem in Divisione 1. & 2. plures adduxit Stryk. in diss. de Accept. lit. camb. c. 4. §. 8.* Idque in tantum procedit, ut quamvis Transiens post acceptationem perfectam mandatum solvendi revocaverit, & sibi Valutam a Remittente solutam non esse, vel eum foro cessisse objiciat, tamen a præstatione se Acceptans liberare aut pecuniam coram iudicio deponere nequeat, jus enim firmum & irrevocabile Cessionario per acceptationem acquisitum est, adeoque cum res non amplius sit integra poenitentia locum non obtinebit, quam sententiam latius propugnant *Zipffel de riffer. collib. §. 5. §. 27. Stryk. in diss. c. 4. §. 9. cum alleg. Savary negociant parfait P. 1. c. 19. p. m. 243.* ubi notanter ait, exinde infallibiliter colligi cessionem factam quando in dorso literarum cambii Valutam solutam esse scribitur. Obiter & hoc monendum quod quamvis ad validitatem cessionis, uti supra c. 3. §. fin. deduximus, appositio diei essentialiter non requiratur, tamen id secundum quorundam locorum Statuta in literis cambii, quæ sapienter ceduntur, & quasi in girum ducuntur vulgo giritten *W. v. Pelbrisen* secus sit. *Ord. Lips. art. 11.*

§. XV. Quan-

Quando vero literæ cambii acceptatæ aut soluta non sunt, Effectus est, quod Cessionarius vel adversus Cedentem aut Trahantem regressum habeat, Rota Genuensis *D. 4. n. 7.* Nicol. de Passer. *de priv. script. Qu. 6. in addit. n. 16. § 19.* ita quidem ut recambium damna & interesse præterdere queat idque Ordinar. Camb. Civitatis Nostræ *n. 32.* his verbis exprimit: Wann ein selbst ausgegebener oder acceptirter Wechselbrief zu rechter Verfallzeit nicht bezahlet wird/ sich der Inhaber des Wechsels frey/ nach bedröiger Protestirung seinen Regress an denjenigen Indossanten zu nehmen/ bey welchem er vermeynet/ seine prompteste Zahlung zu erlangen / und wann mehrere derselben seyn/ solglich an andere/ bis an den Ausgeber/ ratio hujus rei in ipso articulo additur, quia Trahans omnesque Cedentes nostro jure in solidum obligantur, remotis excussionis & divisionis beneficiis ibi, und bleiben Ausgeber/ Acceptant und Indossanten/ alle und jede bis zu völliger Richtigkeit verhaft/ deinde id quoque propterea, ut circulus & litium multiplicationes evitentur, constitutum videtur, de cambiis & recambio, vid. *n. 34. § 40.* Advertimus tamen non idem ubivis locorum jus obtinere, nam Ord. Magdeb. quidem in *art. 19.* liberum relinquit, utrum quis via executiva adversus Acceptantem & non solventem, agere, an vero regressum adversus Cedentem eligere velit: *Art. 20.* autem electionem in regressu non concedit, sed ut quilibet Cessionarius, adversus suum autorem antequam ad Trahantem pervenire possit, experiatur, (quod J. Communi magis convenit *L. 59. de Edict. B. Hert. l. 1. Par. 18.*) diserte constitutum. Sane si quis adversus Acceptantem egerit, propterea Cedens & Trahans ab actione non liberantur, cum non

non aliter se ab obligatione, quam si solutio subsequuta fuerit, eximere queant *l. 49. de solut.* idque ex obligatione illa, qua in solidum obstringuntur, fluit, *§. 4. Instit. L. 3. §. 1. ff. de duobus reis. L. 2. C. eod.* quod convenit cum Ord. Nov. Camb. Hamb. *art. 32.* in verbis: **in des Einhabers Verlieben selben erst oder hernach anzugreifen,** vid. & Ord. Magd. *d. a. 20. in fin.*

§. XVI.

Ex quibus consequitur, quod cessio cambii & nominis de jure differant, Cedens enim nomen, saltem ut tale sit, non exigibilitatem præstare tenetur, *L. 7. §. fin. de evict. l. 4. de hered. vel act. vend. Mev. P. 9. D. 192. Brunne- mann. ad L. 13. ff. de act. emt. num. 5.* Hinc est, quod ajunt Doctores periculum nominis cessi ad Cessionarium spectat Lenz, *de nom. & act. cess. c. 3. m. 6.* idque ampliant Doctores, etsi cessus debitor tempore cessionis non fuerit solvendo, cum sibi imputare debeat Cedens, quod in facultates hujus non inquitierit. *L. 74. §. fin. L. 94. §. 1. de evict. L. 1. §. 11. de separat. L. 3. de fidejussor. Mev. P. 1. D. 92. & P. 6. D. 272.* nec scientiæ vel ignorantia ipsius Cessionarii ratio habetur. Struv. *Ex. 27. th. 23.* Frantzk. *de evict. num. 35.* Exceptiones habet Struv. *cit. loc.* quæ tamen omnia in literis cambii secus se habent, utpote in quibus exigibilitas favore mercaturæ requiritur, dictis Ordinationibus. Secunda differentia in eo residet, quod in Cessionibus nominum sit locus beneficio L. Anastasiana *L. 22. §. 23. C. mandati,* secus in cessione cambii, vid. *cap. 3. §. 6.* illo casu exceptio, quæ Cedenti opponi poterat, etiam recte objicitur Cessionario, vid. *cap. 4. §. 11.* in cessione nominum actio ordinis & divisionis obtinet, aliter vero in cesso cambio *c. 4. §. 8. & 15,* neque indistincte exceptio non-num. pec. locum

locum habet, §. 9. & 10. hujus Cap. plures differentias vid.
in C. 2, §. 16. & 18.

§. XVII.

Ut vero regressum aduersus Cedentem vel Translan-
tem, Cessionarius habere possit, requiritur, ut is *primo* in-
tra debitum tempus literas acceptanti praesentet, & si non
acceptentur, ut protestetur. *Secundo* omni opera decla-
rationem & acceptionem urgeat, quae resolutio acce-
ptionis in Ord. Camb. Magdeb. sex horis antequam
nuncius migret fieri debet ibi *art. 7. aufs längste 6. Stun-*
den vor Abgang der Post geben consentit, Ord. Lipf. a. 7.
& quidem praesentatio literarum, quae ex aliis locis mit-
tantur, statim fieri debet, ipseque Cessionarius quantum
in se est, ut acceptatio fiat, procurare debet prout Ord.
Camb. Magdeb. *art. 7. in verb. unverzüglich* praesenti-
ret/ sin vero denegetur acceptatio, illico debet fieri
protestatio, etiam ratione omnium aduersus quos, quibus
praeter principalem Acceptantem praesentatio facta, Ord.
Nov. Camb. Hamb. a. 28. verb. *Wann bey einem We-*
rel ein oder mehr Neben-Adressen gegeben werden soll
der Inhaber bey ermangelter Acception oder Be-
zahlung auch zugleich gegen solche Adressen protesti-
ren. art. 7. d. Ord. Magd. ibi: trüge es sich nun zu/ daß
solche Acception anfänglich absolute verweigert wür-
de/ soll der Inhaber sofort darüber protestiren lassen/
quod idem conuenit cum Ord. Nov. Camb. Hamb. a. 9.
ibi: *alsobald protestiren lassen.* Est tamen in eo dif-
ferentia, quod apud Magdeburgenses illa protestatio sit
necessitatis & statim fieri debeat, apud Nos vero vel sta-
tim, vel intra triduum, nisi interim nuncius ordinarius
locum cambii contracti petat, Stat. Hamb. a. 2, & 3. Ord.

L

Nov.

Nov. Camb. Hamb. *a. 9.* Subsequitur *tertio* protesti ad Cedentem facta remissio, quæ protesti elevatio dicitur, & itidem juxta Ord. Magd. primo nuncio, apud nos vero itidem intra triduum fieri debet. vid. *P. 2. t. 7. a. 2.* Stat. Hamb. in verbis: **will er aber denselben so acceptiren/ soll zu gefallen drey Tage warten** &c. Francofurti vero longius tempus indulgetur, Ord. Camb. Francof. §. 10. ibi: **Der Protest entweder bey der folgenden ersten oder anderen Post fortgesendet werde.**

§. XVIII.

Quando vero jam acceptatio facta & terminus solutionis præterlapsu Magdeburgum tres dies discretionis seu honoris Ord. Camb. Magd. *art. 8.* Francofurtum IV. Augusta V. Ord. Camb. §. 3. Norimberga VI. Banco-**Ordnung. art. 15.** Amstelodamum totidem, Hamburgum XI. nam duodecimus protestationi reservatur Stat. Hamb. *art. 4.* Ord. Nov. Camb. Hamb. *art. 16. & 17.* aliæ civitates aliam dilationem concedunt. Est autem hoc tempus non utile, sed continuum de momento in momentum currens, *art. 18.* Ord. Nov. Camb. Hamb. verb. **Wann ein Wechselbrief verfallen/ müssen in den Discretion's Tagen eines Wechels/ alle Sonn- und Fest- Tage mit gerechnet werden/ idque ne nimia, etiam in detrimentum negotiationis & Cessionarii solutionis prorelatio concedatur, summa ratione constitutum esse apparet, intra quos si solutio non fiat itidem protestari & protestum elevare Cessionarius tenetur, sin secus contingat regressum adversus Cedentem itémque Transactantem amittit, & non satisfactionem suam adversus Acceptantem dirigere potest, vid. *art. 4.* Stat. Hamb. ibi: **würde er aber nach Verlauff der 12. Tage erst protestiren/ so hat er damit****

damit seinen Anspruch an den Principal-Aufnehmer verlohren/ und muß sich an den Acceptatorem halten. Ord. Breslav. §. 7. Statuta Genuensia L. 4. c. 15. protestum tamen die Dominico vel festo fieri nequit Ord. Magdeb. art. 8. nec apud nos post occasum solis, Stat. Hamb. P. 2. t. 7. a. 4. in fin. Ord. Nov. Camb. Hamb. a. 19. ubi itidem differentia inter has duas constitutiones conspicitur, quod prior protestum postero die fieri permittat, posterior anticipationem protesti injungat, vid. Ord. Nov. Camb. Hamburg. a. 27. verb. **siehe aber am 12. Tage ein Sonn- oder Fest-Tag ein/ da kein Pro est soll gemacht werden/ da müste es vorhero geschehen/** quod propterea quia Magdeburgi dies honoris breviori, Hamburg. longiori tempore includuntur, constitutum videtur.

§. XIX.

Pecuniam autem eandem, quæ in literis cambii expressa est, vel sin minus currentem præterdere poterit Cessionarius, sub qua quid intelligatur, docet Ord. Camb. Magd. art. 32. quodli devaluatio monetæ contingat ad tempus, quo solutio facienda erat, respicitur, Ord. Nov. Camb. Hamb. art. 43. ibi: **Wann jemand das Geld von einem verfallenen Verel-Brief nicht auf Verfall-Tag abfordert/ und indessen eine Veränderung in gebigem Lauffe des Geldes geschäbe/ so ist der Einhaber schuldig/ die Bezahlung in solchem Werth des Geldes anzunehmen/ wie es am Verfall- Tage im Ban-ge gewesen.**

§. XX.

Illud hic convenienter quæritur, an si quis notabilem, pecuniæ summam in lusu perdidit & desuper lite-

ras cambii vincenti tradiderit, hæcque Tertio cessæ fuerint, ex hisce Cessionarius efficaciter agere, num vero is exceptione non competentis actionis repelli possit? quam questionem illi, qui moribus hodiernis pecuniam lusu perditam, etsi nondum exsolutam in foro exteriori efficaciter peci posse, contendunt, facili negotio affirmabunt, inter quos est Stryk, *de invest. act. for. S. I. m. 10. §. 18.* & Schöpfer, *in Synopsi Juris Romani & for. tit. de aleator. num. 12.* quia dicunt turpe reputatur in aulis, perditum lusu non solvere, posse itidem adduci exempla Principis solutionem ejusdem pecuniæ approbantis: Verum quia a loco quodam particulari ad Jus universale non recte infertur, lusus licitus ab illicito & usus ab abusu secerni debet, nullibi quoq; dispositio generalis *L. f. C. de aleator. abrogata* legitur, aut quod hic vel ille in aula pro turpe reputat, statim turpitudinem involvit, minus sequitur repetitio hic vel alibi denegatur ergo & conceditur actio, alias etiam dare meretrici turpe non foret, quia datum condici nequit, quod absurdum est *L. 4. §. 3. de condict. ob turp. caus.* Hinc huic sententiæ simpliciter subscribere non possumus. Carpzov. *quæst. crim. 134. num. 26. & L. 6. resp. 96. num. 12.* Struv. *Ex. 15. tb. 57.* præjudicium habet Hahn, *ad tit. de aleator. num. 2.* Porro si ordinationi Lipsiensi *a. 13.* secundum quam exceptiones solutionis vel compensationis itemque certo respectu non-numeratae pecuniæ literis cambii objici possunt, præcise inharere velimus, exceptio pecuniam alea perditam esse, locum non habebit, sed ad aliud judicium rejicienda, quod & fecerunt Jenenses apud Lynck. *d. 462.* idque tunc maxime obtinebit, quando, prout fieri solet, causa hæc in literis cambii non exprimitur, sed tantum inseritur commune illud: *des Wehres von demselben bin ich wohl und baar*
ver.

vergnigt. Nam tunc tanto minus per hanc exceptionem, quippe quæ dubia est & longiorem rei & circumstantiarum inquisitionem desiderat, repellendus creditor vel Cessionarius, quanto certius paratissima, quæ cambiis inest, executio non facile remorari debet, unde si manifesta foret debendi causa exceptionem hanc omnino admitterem, cui enim competit condictio, ei multo magis conceditur exceptio arg. *L. 2. de except. rei vend. & trad. L. 17. de evict.* neque verum est, quod hodie indistincte ex lusu solutum reperi nequeat Brunnem. *ad L. 1. de Aleator. num. 10. Huber. ibid. num. 5. Struv. d. l. & Jenenses in cit. Dec. 462. in fin.* quæ resolutio etiam Legislatoribus Nostriis ita arrisit, ut nullo modo debitum cambiale ex lusu contractum obligatorium esse voluerint, verba Nov. Constit. Camb. hæc sunt: auch insonderheit zu Verwehrung der einreiffenden höchst-verderblichen Spiele / alle und jede über Spiel-Gelder ausgestellte Wexelbrete in hiesigen Gerichten nicht admittiret / sondern vielmehr cashret werden soll. Habet enim Cessionarius, quod sibi imputet, cur debitum minus exigibile cedi passus fuerit, vel in causam debendi curiosus non inquisierit.

§. XXI.

Contraria vel sunt aliis negotiis communia vel literarum cambialium cessioni specialia, ad illa pertinent primo fraus & dolus, fraudulenæ enim literarum cambii cessiones merito effectu destituuntur, arg. *L. 5. C. de rescind. vendit. jung. a. 47. Ord. Nov. Camb. Hamb. neque secundo effectum concedemus cessioni per vim & merum extortæ, arg. L. 116. de R. J. huc spectat tertio error arg. L. 10.*

L 3

de JCrio-

de *Cessione* § d. l. 116. de R. J. quarto solutio, dum enim Cedenti ab Acceptante jam tum literæ cambiî soluta sicque ipso jure debitum sublatum fuit *pr. Instit. quib. mod. toll. oblig.* nihil in Cessionarium transmitti potuit, idque contingere potest tunc quando Cedens præsentavit Acceptanti literas, easque postea se perdidisse mentiarur, Acceptans vero schedula mortificationis accepta solvar, nam tunc etsi Cessionario literæ tradantur, is exceptione factæ solutionis recte repellitur. Ord. Nov. Hamb. a. 42. & Ord. Lips. a. 33. re enim adhuc integra, Cedenti etiam post cessionem factam jus exigendi & Acceptanti facultas solvendi L. 3. C. de novat. & de legat. conceditur. Multo magis igitur hæc exceptio, si ipsi cessionario solutio facta fuisset, efficax erit, idem si usuraria pravitas evidenter & in continenti demonstrari posset, nam hæc ipso jure minuit sortem. L. 26. ff. de cond. indeb. vid. Card. de Luca in theatro veritatis & justitiæ de camb. disc. 22. num. 12. Dico evidenter, nam alias exceptio usurariæ pravitatis non retardat repetitionem fortis principalis. cit. Card. de Luca de camb. disc. 15. num. 5. Sic quoque compensatio non quidem, quæ Cedenti opponi poterat, vid. cap. 4. §. 11. Sed quæ Cessionarium ipsum tangit efficaciam actionis ex cambio infringit, perinde enim est solvere ac compensare L. 3. ff. & L. 4. C. de compensat. vid. Cap. 4. §. 11. Ad hæc, siue causas speciales, quæ cambia tantum respiciunt, pertinet, si defectus vel sit in personis cessionem peragentibus, vel in forma, qua de re nos in Cap. 2. & 3. latius egimus, & huc spectat, quod secundum quorundam locorum Ordinationes cesio in charta blanca, plane invalida reputetur Ord. Magdeb. Art. 26. & Ord. Lips. Art. 11. ita quoque exceptio præscriptionis obstat Cessionario, ut si elapso solvendi termino, intra quatuor septimanas non exegerit pecu-

pecuniam, præsumatur secundum Ord. Lips. facta solutio,
vel quoties in ipsam Trassantis personam literæ cambia-
les directæ sint, intra annum expirent, heredibus vero,
testatore intra annum decedente, adhuc annus sicuti &
biennium piis causis concedatur Ord. Lips. *Art. 32.* quod
Lynck, eatenus, ut post memoratum tempus, non amplius
parata executio ex cambio detur, præsentio interim salva
maneat, deinde prius saltem in cambiis nundinalibus fe-
riatis seu regularibus non vero platealibus & irregulari-
bus *in Dec. 256. & 355.* procedere aumat de jure com-
muni autem præscriptio saltem 30. ann. Cessionarium re-
pellet *L. 3. C. de præscr. 30. vel 40. ann. Gait. de cre-
dit. 6. 2. 8. 7. n. 2501.*

F I N I S.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

F I N I S



Größen, Diss., 17M-12

ULB Halle 3
005 356 92X



VD
18





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

Inches

DISSERTATIO JURIDICA

DE

CESSIONE

LITERARUM

CAMBIALIUM,

Don

transport der Wechselbriefe/

QUAM

DIRIGENTE

MELCH. DETHMARO
GROLMANNO, J. U. D.

LIAR. HASSO-DARMSTAD. ET JURIS
PROFESSORE ORDINAR. CE-
LEBERRIMO,

PATRONO, FAUTORE AC PRÆCE-
PTORE SUO OMNI OBSERVANTIA

IMPITERNA VENERATIONE COLENDO,
PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI

SOLENNI JCTORUM AUDITORIO

SISTIT

AD DIEM XI JUNII ANNO MDCCXI.

R. G. JACOBUS HOEFFT, HAMB.

LIPSIÆ.

Recus, Literis Schedianis. 1718.

5

9

1711, 4a

gion